Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356827-p0001-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356827-p0002-9

# ANALYSIS
## Libri Primi Æneidos,
# NAUFRAGIUM ÆNEÆ
JUNONIS HOSTILITATE, ÆOLI TEMERITATE, creatum,
NEPTUNI BENEFICIO ſedatum,
*VENERE INTERCEDENTE, JOVE ANNUENTE,*
DIDONIS HOSPITIO levatum:
NOTIS & TABULIS delineans.

*Opera*
*M. JOSEPHI SEIZII, p. t. Rect. Gymnaſii Patrii Svevo-Halenſis.*

HALÆ SUEVORUM,
Sumptibus Authoris, excud. typis Johan-Reinhardus Laidig.
Anno Æræ Chriſtianæ MDCLVI.

1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356827-p0003-4

# SYNOPSIS ſive ARGUMENTUM I. LIBRI ÆNEIDOS, ex JACOBO PONTANO.

Virgilius noſter prælia, & errores Æneæ Trojani ſeſe cantaturum profitetur à principio: tum non ſine ingenti admiratione, ac prope cum ſtomacho quodam, de Muſa, Junonis in ipſum, Trojanamque gentem univerſam odiorum, crudelitatisque cauſas exquirit, quas enumerat. Solventibus è Sicilia Trojanis, Juno de præſenti exitio miſeris afferendo ſecum volutans, ad Æolum regem ventorum celeri profectione contendit, ab eo ventos ad mare concitandum, atque ad naves ab Italia, quò curſum dirigebant, quàm longiſſimè tempeſtatis procellâ diſpellendas, aut omninò etiam ſubmergendas impetrat. Ita verò excellenter tempeſtas expingitur, & ita ejus ſævitia, & immanitas ſub aſpectum quodammodo ſubjicitur, ut in tota lingua Latina ſimile quippiam non ſimus inventuri. Hâc igitur vexatus, oppreſſusque Æneas, beatos præ ſe judicat omnes, quibus licitum fuerit ante muros Patriæ, ante oculos Parentum, propinquorumque, animas cum gloria profundere. Neptunus tandem Eurum ac ſocios atrociter increpitis cum minis domum remittit, ac ſine ulla mora regnum ſuũ tranquillare inſiſtit. Trojani Africæ portum (qui proximus erat) feſſi nimiùm, ac propemodum exanimes tenuerunt: per amœnum ſanè, & naturâ cùm ad afflictos, perditosque recreandos, tum ad navigia occultanda mirabiliter opportunum. Ibi mox foco excitato, frumenta ſiccant, ſiccata molis frangunt, panes coquunt. His ita occupatis, Æneas in rupẽ altam aſcendit, duodecim alias naves à ſeptem reliquis ventorum inclementia diſtractas, longiùsq; projectas mœſtus, & anxius requirit. Aliquot eximia corporum magnitudine cervos jaculis proſternit, ſinguloſq; in ſingulas naves diſtribuit: eâdem ratione vinum, quod Aceſtes Siciliæ rex, & amicus, abeuntibus donaverat; conſolationem inſuper ſapientiæ, & paterni cujuſdam amoris plenam adjungit. Trojani ſolutis curis epulantur, & refectis jam, inſtauratiſque viribus, de amiſſorum ſalute ſociorum colloquuntur. Sub occaſum ſolis Juppiter, uti ſummus rerum Cuſtos, Arbi-

terque

terque præcipuus, mundum, atque adeò Africam totam cogitabundus deſpectat. Quam occaſionem nacta Venus, Patri pro Trojanis ſuis flebilem in modum ſupplicat: promiſſa ei in memoriam redigit. Ille ſpe optima filiam implet: quæ promiſerit, omnia ſe facturum ſpondens: de poſteritate, potentiaque Romanorum multa prædicens. Mittitur Mercurius, qui Afrorum animos Trojanis jamjamque affuturis placabiles, ac benevolos efficiat. Ubi pulsâ nocte dies rediit, Æneas cum Achate loca exploratum vadens, in matrem incidit, quam niſi in receſſu, haud agnoſcit. Ab hac de Carthagine, de fortuna, ſtatuque Didonis, de ſervatis navibus fit certior: jubeturque concepta fiducia in urbem pergere, quod facit. Ac primò quidem in ipſo templo, dum Reginam eò venturam expectat, bellum Iliacum in pariete, nō vulgari artificio depictum, cum ſingultibus, profuſisque lachrymis contemplatur. Introgreſſa cum ſtipatoribus templum Didone, ecce tibi, Ilioneo Oratore Trojani ſupplices accedunt, reſponſum auferunt longè humaniſſimum. Dat ſe in conſpectum Æneas, Reginæq; in ſe ac ſuos propenſiſſimam, & liberaliſſimam voluntatem quantis poteſt laudibus in aſtra tollit. Ab eadem cum tota illa Legatione in Regiam invitatur; ibi apparatiſſimis dapibus accumbitur. A navibus accerſitur per Achatem puer Aſcanius, cui Veneris dolo & machinatione Cupido ſubſtituitur. Offert Æneas Reginæ plura, & cùm ſexui, tum Majeſtati Regiæ convenientia munera: poculis, & cantionib⁹ vacatur. Non poteſt ſatiari ſermonibus Æneæ Dido: quem rogat, uti longiuſcula expoſitione, idq; à primordiis rei ſuſcepta, Trojanæ urbis cladem ultimam, & errores ſuos, periculaq; per terras, & maria toto ſeptennio adita recenſeat: id quod duobus libris in ſequentibus ita præſtatur, ut amplius nihil ſit, quod meritò requiramus.

# Nec ſunt aliena, quæ Friſchlinus habet, ut ſunt Libri hujus:

## I. *Exempla Proposita.*

IN hoc libro proponuntur etiam illuſtria virtutum & vitiorum exempla: quæ vel ad vitam communem pertinent, ut fortitudo Æneæ in adverſis: clementia & miſeratio Neptuni erga afflictos: fides, & amor Æneæ erga

ſocios: ejusdem φιλοστοργία erga Aſcanium; hoſpitalitas Didonis: convivii hilaritas; & contrà Junonis invidia: temeritas Æoli; parricidium atq; crudelitas Pygmalionis, & ſi qua ſunt alia; vel ad Rempubl. ſpectant, ut principis officium in gubernatione rebellium, in ſedando pacandoq; tumultu: ejuſdem ſollicitudo, & cura erga ſubditos; item divina providentia, amor Dei erga pios; precum exauditio, & multa ſimilia, tum ad Rempubl. tum ad religionem & ſinceram de Deo opinionem pertinentia.

## II. Consilium à Poeta intentum.

Quo conſilio Poëta Æneam è Sicilia per tempeſtatem in Libyam potius, quàm alium locum rejecerit, ipſemet in veſtibulo operis ſui haud obſcurè innuit his verſibus:

*Progeniem ſed enim Trojano à ſanguine duci*
*Audierat: Tyrias olim quæ verteret arces.*
*Hinc populum latè regem, belloque ſuperbum*
*Venturum excidio Libyæ: ſic volvere parcas.*

Cùm enim Carthaginenſes, qui Phœnicum & Tyriorum coloni fuerunt, maximo populi Romani odio flagrarent, & pro imperii gloria, duce Asdrubale & Annibale graviſſima bella cum Romanis tantiſper geſſiſſent, donec tandem à Scipione Æmyliano victi, & urbs ipſa deleta fuit, ideò Poëta hoc libro odii hujus cauſam & primam quaſi originem aperire voluit. Proinde Æneam fingit Junonis invidia in Africam rejectum, & Didonis quæ tum Carthaginem condebat, hoſpitio exceptum fuiſſe, & cùm Dido conjugium cum eo iniviſſet, ipſum deſerta regina profugiſſe, & Italiam terram fatalem petiiſſe. Quæ fuga cùm neci Didonis anſam præbuiſſet, ſempiterna inter poſteros utriuſq;, hoc eſt, Romanos & Carthaginenſes, odium extitiſſe. Voluit igitur ſapientiſſimus Poëta non tantùm ſuæ gentis primordium, ſed etiam Carthaginis, quæ Rom. Imperii æmula fuit, initium hoc primo libro celebrare, idque cultiori verſuum genere, quàm Ennius ingenio maximus, arte rudis, fecerat.

## III. Dispositio Dramatica, vel Scenica, ſive Tragico-Comica.

Etſi

Etſi libri hujus argumentum unum & ſimplex eſt: tamen quia perſonæ, quæ introducuntur, & loci in quibus res geruntur, non ſunt uniuſmodi, & novæ circumſtantiæ novas narrationes pariunt, ideo nos librum hunc quinque partes ſeu Narrationes ſpeciales complecti in ſe dicimus, easque inſtar quinque Comicorum, ſeu Tragicorum actuum habere cenſemus. Nam probè advertenti, omnes Virgilianæ Æneidos libri Dramatum, ſive Comicorum, ſive Tragicorum conſimiles eſſe manifeſtò apparebunt. Et primus quidem hic liber Comœdiæ, ſeu Tragicomœdiæ, propter nobiliores perſonas, imaginem ac ſpeciem refert. Habet enim principium triſte & luctuoſum, finem verò lætum, & cataſtrophen planè Comicam. Nam in primo actu Juno & Æolus immiſſa tempeſtate Æneam & Trojanos miſerè affligunt, & ab inſtituto itinere verſus meridiem rejiciunt, ac ſummo capitis fortunarumque diſcrimine peſſimè mulctant. In ſecundo actu Neptunus cum Tritone & Cymothoe mare commotum ſedat, & repulſis ventis Trojanos in portum Carthaginenſium perducit, ubi Æneas in littore expoſitos victu reficit, ac cibo potuque recreat. In tertio Venus apud Jovem pro Trojanis & Ænea ſuo intercedit, cui Juppiter Romanam poſteritatem ex Ænea & Aſcanio promittit. His illa verbis erecta, & animo confirmata, Æneæ & Achati locos explorantibus, habitu venatricis obviat, & indicatâ hominum locorumque conditione, utrunque nebula ſeptum Carthaginem in templum uſque perducit, ubi Æneas & Achates inter varias picturas etiam Ilii excidium in pariete depictum contemplantur. In quarto actu Ilioneus apud Didonem pro hoſpitio intercedit, cujus petitioni & ipſe Æneas cum Achate intervenit, & præter expectationem ſocios, quos omnes naufragio periiſſe arbitrabatur, in regia offendit: ſimul à Regina cum ſociis ſuis hoſpitio excipitur, Achates verò ad reliquos è littore arceſſendos, & Aſcanium adducendum dimittitur. In quinto actu Venus Cupidinem pro Aſcanio ſubornat, ut Didonem amore erga Æneam inflammet. Interim apparatur convivium, in quo Jopas cithara canit, & varia inſtituuntur colloquia.

MODESTINI.

*VIR magnus bello, nulli pietate ſecundus*
*Æneas, odiis Junonis preſſus iniquæ s*
*Italiam quærens, Siculis erravit in undis:*
*Iactatus tandem Libyæ pervenit ad oras.*
*Ignarusque loci fido comitatus Achate,*
*Indicio matris regnum cognovit Eliſæ.*
*Quin etiam nebula ſeptus pervenit ad urbem,*
*Arreptosque undis ſocios cum claſſe recepit.*
*Hoſpitioque uſus Didûs per cuncta benignæ,*
*Excidium Trojæ juſſus narrare parabat.*

VOVIANI.

*Æolus immittit ventos, Iunone precante,*
*Trojanosque vagos Libycas expellit ad oras.*
*Solatur Venerem dictis pater ipſe dolentem.*
*Æneam recipit pulcra Carthagine Dido:*
*Cui Venus Aſcanii ſub imagine mittit Amorem.*

POLITIANI.

*Se quoque jactatum referet terraque marique.*

OVIDII.

*Primus habet, Lybicam veniunt ut Troes in urbem.*

ALIUD.

Æneas primo Lybies appellitur oris.

ALIUD.

*Æneas profugus intrat Carthaginis oras.*

# TABELLA GENERALIS
## LIBRI I. ÆNEIDOS.

**Liber I. AEneidos conſtat**

- 1. *Præfatione. Tab. 1.*
- 2. *Narratione vel*
  - 1. *Generali, odii Iunonis in Trojanos. 2.*
  - 2. *Speciali, Appulſus Æneæ in Africam, cujus*
    - 1. *Conſilia ſunt Iunonis*
      - 1. *ſolitaria. 3.*
      - 2. *ſocia. 4.*
    - 2. *Cauſa eſt Æoli hoſtilitas in*
      - 1. *tempeſtatis atrocitate. 5.*
      - 2. *claſſis Trojanæ calamitate. 6.*
    - 3. *Actus eſt Neptuni benignitas, conſtans*
      - 1. *tempeſtatis ſedatione. 7.*
      - 2. *claſſis in portum tutum delatione. 8.*
      - 3. *Trojanorum refectione, cujus*
        - 1. *apparatus. 9.*
        - 2. *actus. 10.*
    - 4. *Eventus eſt Didonis Hoſpitalitas, cujus*
      - 1. *Conſilia ſunt vel cum*
        - 1. *Iove, ubi*
          - 1. *Veneris expoſtulatio. 11.*
          - 2. *Iovis placatio,*
            - 1. *conſolatione. 12.*
            - 2. *legatione. 13.*
        - 2. *Ænea, ubi*
          - 1. *Occaſio. 14.*
          - 2. *Forma*
            - 1. *Veneris informatio. 15.*
            - 2. *Æneæ conquerulatio. 16*
            - 3. *Veneris exhortatio. 17.*
          - 3. *Effectus, Æneæ*
            - 1. *Hodœporia. 18.*
            - 2. *Theoria*
              - 1. *generalis. 19.*
              - 2. *ſpecialis. 20.*
      - 2. *Occaſio*
        - 1. *Remota. 21.*
        - 2. *Propinqua,*
          - 1. *Ilionei*
            - 1. *Precatio. 22.*
            - 2. *Expoſtulatio. 23.*
          - 2. *Didonis reſponſio. 24.*
          - 3. *Æneæ gratiarum actio. 25.*
      - 3. *Actus conſtat*
        - 1. *Dictis. 26.*
        - 2. *Factis. 27.*
      - 4. *Eventus eſt inſpiratio Amoris, cujus*
        - 1. *Conſilia ſunt Veneris Cupidinem*
          - 1. *implorantis. 26.*
          - 2. *informantis. 29.*
        - 2. *Actus ſeu executio. 30.*
        - 3. *Effectus, lætitia convivij, in*
          - 1. *Factis. 31.*
          - 2. *Dictis. 32.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356827-p0009-1

# Notæ.

a) Quatuor hos verſus plerique abdicant, tanquam Æneidos majeſtate indignos; verùm eosdem retinemus, inducti non tam autoritate Scaligeri, quàm triplicis ſtyli artificio, quo Poëta à tenui carminis Bucolici avena per mediocrem Georgicorum calamum, ad ſonorum Martiæ tubæ clangorem gradatim aſſurrexit: uſus exordii loco tranſitione, quæ conſtat partim anacephalæoſi, partim procataſtaſi indicante bipertitum Æneidos argumentum.

b) Humili, tenui genere dicendi, vel ſtylo.

c) Abſolutis Bucolicis. Pecora enim in ſylvis ut plurimùm paſcuntur.

d) Per hyſteron proter. Errores n. Æneæ prioribus 6. libris, bella poſterioribus leges.

e) Æneam, κατ' ἐξοχὴν.

f) Trojam antiquam Aſiæ, triplicemque novam, à tribus Trojanis principibus Heleno, Antenore, Ænea, partim in Græcia ipſa hoſtili terra, partim in Italia, in memoriam veteris extructam, charta monſtrat Geographica, de navigatione Æneæ.

g) Princeps. Antenor enim prior Trojâ profectus, in fines Italiæ, ad Sinum Hadriaticum pervenit.

h) Ellipſis In.

i) Fatis actus, non fuga, aut crimine; quod quidem Dares Phrygius & alii volunt.

k) Prolepſis. Neq; n. ante Æneę adventum littus dicebatur Lavinū.

# Textus.

[a] *ILle ego, qui quondam* [b] *gracili modulatus avena*
*Carmen, & egreſſus* [c] *ſylvis vicina coëgi,*
*Ut quamvis avido parerent arva colono;*
*Gratum opus agricolis: at nunc horrentia Martis*
[d] *Arma,* [e] *virumque cano,* [f] *Trojæ qui* [g] *primus ab oris*
[h] *Italiam,* [i] *fato profugus,* [k] *Lavinaque venit*
*Littora: multum ille & in terris jactatus &* [l] *alto,*
*Vi ſuperûm,* [m] *ſævæ memorem Iunonis ob iram.*
*Multa quoque & bello paſſus, dum conderet* [n] *urbem,*
*Inferretque* [o] *deos Latio: genus* [p] *unde Latinum,*
*Albanique patres, atque altæ mœnia Romæ.*
[q] *Muſa, mihi cauſas memora, quo numine læſo,*
*Quidve dolens regina deûm, tot* [r] *volvere caſûs*
*Inſignem pietate virum, tot adire labores*
*Impulerit.* Tantæne animis cæleſtibus iræ!

l) Mari, per Metonym. adjuncti. m) Iratæ, vel magnæ. n) Lavinium.
o) Patrios penates, lares. p) A quo ſc. Ænea, ſub pacis iniquæ fœdere, & precibus Junonis indultum eſt, ut continuaretur imperium ſub nomine Latino; contra jus victoriæ, quæ victis nomen imponit.
q) Calliope, Heroici carminis præſes. r) Metaphora, veluti molem quandam.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356827-p0010-3

# Libri I. Æneidos
## Tabella I. Specialis.

Liber I. Æneidos conſtat

- 1. Præfatione, cujus partes:
  - 1. Exordiũ, quo Poëta captat benevolẽtiã, ab effectu ſuis,
    - 1. Bucolicis ab adjuncta 1. juvenili ætate 2. ſtyli humilitate.
    - 2. Georgicis,
      - 1. à ſubjecto, p̃ tranſitionem termini, egreſſus
        - 1. à quo, ſylvis.
        - 2. ad quem, arva.
      - 2. à fine, ut ager reſponderet voto.
      - 3. ab effecto, gratificatione agricolis præſtita.
  - 2. Propoſitio, quæ promittit, in
    - 1. genere, horrentia Martis arma.
    - 2. Specie, Æneæ
      - 1. Itinera, quib9 ratione termini
        - 1. à quo, Troja profugus.
        - 2. ad quem, in Latium profectus.
        - 3. per quem, terra mariq; jactatus.
      - 2. Bella,
        - 1. ab adjuncta multiplici paſſione.
        - 2. à fine, ut
          - 1. conderet urbem.
          - 2. Penates inferret Latio.
        - 3. ab effectu,
          - 1. fundatione generis
            - 1. Latini.
            - 2. Albani.
          - 2. extructione urbis Romæ.
  - 3. Invocatio, cujs
    - 1. Objectum, Muſa.
    - 2. Finis, exploratio
      - 1. Culpæ, quodnam numen fuerit læſum.
      - 2. Vindictæ, per
        - 1. Comparationem
          - 1. Iunonis iratæ.
          - 2. Æneæ inſignis pietate.
        - 2. Expolitionẽ patheticam,
          - 1. tot volvere caſus.
          - 2. tot adire labores.
        - 3. Exclamationem: Tantane Diis etiam eſt ira!
- 2. Narratione
  - 1. generali, Odii Iunonis in Trojanos.
  - 2. ſpeciali, Appulſus Æneæ in Africam.

  vid. ſeqq.

*Urbs* [a] *antiqua ſuit (Tyrii tenuêre coloni)*
[b] *Carthago:* [c] *Italiam contra, Tyberinaq́; longè*
*Oſtia: dives opum,* [d] *ſtudiisq́; aſperrima belli.*
*Quam Iuno fertur terris magis omnibus unam*
[e] *Poſthabitâ coluiſſe Samo:* [f] *hîc illius arma,*
*Hîc currus fuit: hoc regnum dea gentibus eſſe,*
(Si [g] qua fata ſinant) *jam tum tenditq́, fovetq́.*
[h] *Progeniem ſed enim Trojano à ſanguine duci*
*Audierat,* [i] *Tyrias olim quæ* [k] *verteret arces.*
*Hinc populum* [l] *latè regem belloq́;* [m] *ſuperbum*
*Venturum exſcidio Libyæ;* [n] Sic volvere Parcas.
*Id metuens, veterisq́; memor* [o] *Saturnia belli,*
*Prima quod ad Trojam pro caris geſſerat* [p] *Argis:*
*Nec dum etiam cauſæ irarum, ſæviq́; dolores*
*Exciderant animo: manet altâ mente* [q] *repoſtum*
*Iudicium* [r] *Paridis,* [ſ] *ſpretæq́; injuria formæ,*
*Et* [t] *genus inviſum, & rapti Ganymedis* [u] *honores:*
*His accenſa* [x] *ſuper, jactatos æquore toto*
*Troas, relliquias Danaûm atq́; immitis* [y] *Achilli,*
*Arcebat longè Latio: multosq́; per annos*
*Errabant, acti fatis, maria omnia circum,*
Tantæ [z] molis erat Romanam condere gentem!

a) Condita à Tyriis, ſub Didone profugis, ducentis & plusquam octoginta annis poſt Æneam; quo tempore Salomon in Judæa regnare cœpit; Eupales in Aſſyria: Codrus Athenis: Archiſtratus Lacædemone: Latinus Sylvius in Latio. Quo etiam tempore Cumæ à Chalcidenſibus, ex Eubœa profectis, ſunt conditæ. Obtinuit tamen Virgilii figmentum, prægravatque hiſtoriæ fidem.

b) Eſt & alia Carthago nova in Hiſpania.

c) E regione Italiæ, in Africa.

d) Studioſa & cupida bellorum.

e) Etiam patriæ Samo Carthaginem prætuliſſe.

f) Hiatus metricus.

g) Ratione.

h) Gentem innuit Æmiliam, ab Æmilio Aſcanii filio oriundam, ex qua Scipio Æmilianus fuit, qui Carthaginem excidit.

i) Quæ Carthaginem everſura eſſet aliquando.

k) Enallage figuræ.

l) Longè lateque imperantem & victorem.

m) Inclytum, nobilem.

n) Sic eſſe in fatis. Una enim loquitur, altera ſcribit, tertia fila deducit.

o) Antonomaſia Junonis.

p) Græcia, Synecdoche partis.

q) Syncope.

r) Qui Junoni & Palladi in certamine formæ venerem prætulit.

ſ) Epexegeſis.

t) Trojanos inviſos, propter authorem Dardanum, Jovis ex Electra pellice filium.

u) Propter officii dignitatem, cui remota Hebe Junonis filia, præpoſitus eſt Ganymedes, in pocillandi miniſterio, Pincerna Jovis.

x) Græciſmus.

y) Apocope, pro Achillis.

z) Difficultatis, Metaphora.

*Vix*

Odium Junonis conſtat

- 1. Cauſa impulſiva
  - 1. interna, quæ eſt Metus Carthaginenſis excidii, per
    - 1. Topographiam Carthaginis
      - 1. à vetuſtate.
      - 2. ab incolis,
      - 3. à ſitu.
      - 4. à divitiis.
      - 5. à ſtudiis belli.
      - 6. à dignitate, ex Iunonis
        - 1. electione, per comparationem Sami.
        - 2. uſu, cuſtodia
          - 1. armorum.
          - 2. curruum.
        - 3. prædeſtinatione ſummi imperii.
    - 2. Ætiologiã, quæ habet rumorem cauſæ
      - 1. Adminiſtræ,
        - 1. à ſubjecta gente Trojana.
        - 2. ab effecto per expolitionẽ quod eſſet
          - 1. everſura arces Tyrias.
          - 2. futura mundi Domina.
          - 3. exciſura Carthaginem.
      - 2. Principalis, quæ eſt Parcarum voluntas.
  - 2. externa,
    - 1. Belli memoria quod geſſerat
      - 1. ab objecto, contra Trojanos.
      - 2. à fine cui, pro Græcis.
    - 2. Illata injuria, per
      - 1. Expolitionẽ, nondum exciderant animo
        - 1. cauſæ irarum.
        - 2. ſævi dolores.
      - 2. Emphaſin firmiſſimæ recordationis.
      - 3. Diſtributionem & interpretationẽ,
        - 1. Judicium Paridis.
        - 2. Raptus Ganymedis.
- 2. Objecto, per Pathopœiam, quod ſunt Trojani
  - 1. toto mari jactati.
  - 2. relliquiæ Græcorum & Achillis.
- 3. Effecto, Trojanos
  - 1. arcuit Latio.
  - 2. ſeptennium coëgit errare.
  - 3. jactavit circum omnia maria.
- 4. Clauſula per Epiphonema, de difficultate condendæ gentis Romanæ.

*Vix* [a] *è conſpectu Siculæ telluris in altum*
*Vela dabant* [b] *læti, &* [c] *ſpumas ſalis ære ruebant:*
*Cum Iuno æternum ſervans ſub pectore* [d] *vulnus,*
*Hæc* [e] *ſecum:* [f] *Méne incepto deſiſtere victam?*
*Nec poſſe Italiâ Teucrorum avertere Regem?*
Quippe [g] vetor fatis. *Pallasne exurere* [h] *claſſem*
*Argivûm, atq; ipſos potuit ſubmergere Ponto,*
[i] *Unius ob* [k] *noxam &* [l] *furias* [m] *Aiacis Oilei?*
*Ipſa Iovis rapidum jaculata è nubibus* [n] *ignem,*
*Disjecitq; rates,* [o] *evertitq; æquora ventis:*
*Illum exſpirantem transfixo pectore flammas,*
*Turbine corripuit, ſcopuloq; infixit acuto:*
*Aſt ego, quæ Divûm* [p] *incedo regina, Iovisque*
*Et ſoror, & conjux, una cum gente tot annos*
*Bella gero? & quisquam numen Iunonis adoret*
[q] *Præterea, aut ſupplex aris imponat honorem?*
*Talia* [r] *flammato ſecum Dea corde volutans,*
[ſ] *Nimborum in patriam, loca* [t] *fœta furentibus Auſtris,*
*Æoliam venit.*

a) Miro artificio Poëta producit Ænean è Sicilia ſolventem; ſic non à gemino ovo, ſed à medio incipit, & ad initium revertitur.
b) Alacres.
c) Spumans mare roſtris navium æratis vel æreis ſecabant.
d) Odii, vindictæ; ex præterito dolore, & præſenti metu.
e) Volutabat animo.
f) Abruptum indignantis exordiũ.
g) Ironicè.
h) De una loquitur Aiacis nave, ſed totum pro parte ad invidiam poſuit.
i) Extenuatio.
k) Stuprum Caſſandræ.
l) Furioſos amores.
m) Duo fuerunt Aiaces furioſi, alter amore, ut hic Oileus, Locrorum Dux; alter irâ, ut Telamonius.
n) Servius hinc colligit 4. genera fulminis; disjiciens, transfigens, corripiens, infigens: Philoſophi tria: urens, terebrans, percutiens, vel diſcutiens.
o) Mare tranquillum priùs ita perturbavit, ut videretur everſum; adeò ſummis miſcuit ima: ut alibi: maria omnia cœlo.
p) Hinc proverbium natum: ἡρῷον βαδίζει, de ſingulari inceſſus majeſtate uſurpatum.
q) Poſtea, poſthac, vel propterea.
r) Inflammato, ira accenſo.
ſ) Æolias inſulas.
t) Plena, gravida.
u) In Æoliam, hujus inſulas vide in tabella Geographica inter Siciliam & Italiam.

His

Appulſus Æneæ in Africam conſtat

- 1. Conſiliis JUNONIS hoſtilitate plenis, vel
  - 1. Solitariis, quorum notetur
    - 1. *Impulſiva*
      - 1. *externa, Trojanæ claſſis conſpectꝰ*
        - 1. *à ſubjecto loco, non procul à Sicilia.*
        - 2. *ab adjuncta proſpera navigatione.*
      - 2. *interna, æternum Iunonis odium in Trojanos.*
    - 2. *Forma, cujus*
      - 1. *Propoſitio cõjuncta:*
        - 1. *Non eſt æquum, ut victa à perſequendis Trojanis deſiſtam.*
        - 2. *Poſſibile eſt, ut Æneam arceam Italia.*
      - 2. *Confirmatio per Comparationis*
        - 1. *Objectionẽ ironicam: ſcilicet prohibeor fatali neceſſitate.*
        - 2. *Subjectionẽ, à Comparatorum*
          - 1. *Protaſi, de Palladis vindicta,*
            - 1. *ab objecto, illa potuit*
              - 1. *exurere claſſem.*
              - 2. *ſubmergere Græcos.*
            - 2. *ab impulſiva, noxa Aiacis.*
            - 3. *ab effectu, ratione*
              - 1. *claſſis,*
                - 1. *fulminis incendium*
                - 2. *naufragiũ.*
              - 2. *Ajacis,*
                - 1. *fulminis ictꝰ.*
                - 2. *ſcopuli conflictus.*
          - 2. *Antapodoſi,*
            - 1. *à ſua Majeſtate regia.*
            - 2. *à genere & relatione.*
            - 3. *à conatu irrito belli, cujus*
              - 1. *objectum, una gens.*
              - 2. *adjunctũ tẽpus longum.*
      - 3. *Epilogus habet ominationem, de futura intermiſſione cultus in*
        - 1. *adorando.*
        - 2. *ſacrificando.*
    - 3. *Effectus, profectio in Æoliam,*
      - 1. *ab impulſiva, animo irato.*
      - 2. *à loci adjunctis, quòd ſit ventorum Patria & domicilium.*
  - 2. Sociis. *vid. ſeq.*
- 2. Cauſa, *Æoli Temeritate.*
- 3. Actu, *Neptuni Benignitate.*
- 4. Eventu, *Didonis Hoſpitalitate.*

*vid. ſeqq.* (2.–4.)

——— *Hic vaſto rex [a] Æolus antro*
*Luctanteis ventos, tempeſtadesq́ ſonoras*
*Imperio [b] premit, ac vinclis & carcere frenat.*
*Illi indignantes, magno cum murmure, montis*
*Circum [c] clauſtra fremunt. Celsâ ſedet Æolus [d] arce,*
*Sceptra tenens, mollitq́ [e] animos, & temperat iras.*
*Ni faciat, maria ac terras cœlumq́ profundum*
*Quippe ferant rapidi ſecum, [f] verrantq́ per auras.*
*Sed pater omnipotens, ſpeluncis abdidit atris.*
*Hoc metuens, [g] molemq́ & montes inſuper altos*
*Impoſuit: [h] regemq́ dedit, qui fœdere certo*
[i] *Et premere, & laxas ſciret dare juſſus habenas.*
*Ad quem tum Juno ſupplex his vocibus uſa eſt;*
*Æole, (namq́ tibi divûm pater atque hominum rex*
*Et mulcere dedit fluctus, & tollere [k] ventos)*
Gens inimica mihi [l] Tyrrhenum navigat æquor,
[m] *Ilium in Italiam portans, [n] victosq́ [o] Penates.*
*Incute vim ventis, ſubmerſasq́ obrue puppes,*
*Aut age diverſas, & disjice [p] corpora Ponto.*
*Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore Nymphæ,*
*Quarum quæ forma pulcherrima, Deiopeiam*
*Connubio [r] jungam ſtabili, [ſ] propriamq́ dicabo,*
*Omnes ut tecum meritis pro talibus annos*
*Exigat, & pulchra faciat te prole parentem.*
*Æolus hæc contra: Tuus, ô regina, quid optes,*
*Explorare labor, mihi juſſa capeſſere [u] fas eſt.*
*Tu mihi quodcunq́ hoc regni, tu ſceptra Jovemque*
[x] *Concilias, tu das [y] epulis accumbere divûm,*
[z] *Nimborumq́ facis, tempeſtatumq́ potentem.*

a) Rex ventorum fingitur. quòd Strongyle una ex Vulcaniis Inſulis Æoli domus eſt; ex cujus fumo cognoſcunt incolæ triduo antè, qui ventus ſit. b) Authoritate regit, animadverſione frenat.
c) Circum clauſtra montis.
d) In ſolio ſuo.
e) Quaſi ἀνέμȣς ventorũ impetꝯ.
f) Metaph. Poëtæ frequens, à reti, quod verriculum dicitur, quod verritur, trahiturque.
g) Molem montis. ἓν διὰ δυοῖν, vel ἓν διϛ.
h) Æolum.
i) Boni principis officium eſt, imperii habenas prudenter intẽdere & remittere. k) Aliis Vento.
l) Vide ſchema Geographicum.
m) Res Ilienſes, Iliacas, reliquias Trojanarum rerum. Metonym.
n) Nec ſibi, nec ſuis tuendis, vindicandisque ſufficientes, adeoque contemnendos. o) Vel Apollinem & Neptunum; vel Jovem, Junonem, Minervam.
p) Hominum vel navium.
q) Corpora virorum & navium disjice in loca diverſa maris.
r) Ut nuptiarum præſes.
ſ) Peculiarem, perpetuam.
t) Pulchræ prolis. Archaiſmus.
u) Nefas eſt imperata non facere.
x) Impetras mihi regnum a Jove conciliato.
y) Tu me Deum facis; Dearum enim connubio, & Deorum convivio Dii effici credebantur, ut in Bucolicis: Nec Deus hunc menſâ, Dea nec dignata cubili eſt.
z) Epexegeſis. Tu efficis, ut imperium in ventos & tempeſtates obtineam. Tu aëris præſes ventorum me reddis præſidem. Verùm hoc prolixiùs ex Philoſophia Mythologi declarant.

Ac

**Conſilia Socia Junonis conſtant**

- 1. Subjecto, Æolo, qui deſcribitur à regni
  - 1 ſubjecto loco regiæ, antro vaſto.
  - 2. Objectis, quibus dominatur, nimirum 1. luctantibus ventis. 2. tempeſtatibus ſonoris.
  - 3. Inſtrumentis, 1. premit imperio. 2. frenat vinculis & carcere.
  - 4. Oppoſitis,
    - 1. ventorum ferocitate, ex
      - 1. indignatione.
      - 2 fremitu,
        - 1. ab adjuncto murmure montis.
        - 2 à ſubjecto, circum clauſtra.
    - 2. regia authoritate, ab auguſto Æoli
      - 1. ſitu, in arce celſa ſedentis.
      - 2 habitu, ſceptrum tenentis.
      - 3. actu, ferociam compeſcentis, per expolitionem.
  - 5. Effectis, periculi averſione, p
    - 1. antecedens hypotheticum; niſi Æolus faceret.
    - 2. conſequens: miſceret omnia venti; per
      - 1. diſtributionem objecti; mare, terra, cœlum
      - 2. expolitionem modi, ferrent & verrerent per aërem.
  - 6. Efficiente, Jovis Providentia, ab
    - 1. impulſiva; metu periculi.
    - 2. objecto,
      - 1. compeſcendis ſubditis,
        - 1. ſpeluncis includendo.
        - 2. molem & montes imponendo.
      - 2 præficiendo rege, cujus
        - 1. norma, certæ leges.
        - 2 finis, continere ſubditos in officio.
- 2. Forma petitoria
  - 1 factorum, ab adjuncto ſupplici geſtu.
  - 2. dictorum, ubi
    - 1. Captatio benevolentiæ ab AEoli potentia, cujus
      - 1 efficiens eſt Iupiter.
      - 2. objectum ſunt fluctus 1. ſedandi. 2, excitandi.
    - 2, Narratio navigationis,
      - 1. ab efficiente, gente inimica.
      - 2. à ſubjecto, mari Tyrrheno.
      - 3 à fine, ut inferat Latio Trojæ 1. religas. 2. penates.
    - 3. Propoſitio, ut ventis emiſſis claſſem Trojanam
      - 1 aut omninò mari ſubmergat.
      - 2. aut in diverſas plagas diſpergat.
    - 4 Cōſirmatio ab utili promiſſa filia,
      - 1. à formæ præſtantia p cōparationem, filiarum, quæ
        - 1. omnes quidem pulchræ.
        - 2. ſed pulcherrima Deiopeia.
      - 2. à fine deſpōſationis, qui eſt
        - 1 adjutorium vitæ.
        - 2. procreatio ſobolis.
- 3. Effecto, Æoli aſſenſu, qui
  - 1. captat benevolentiam, à perſona dignitate.
  - 2. proponit:
    - 1. Tuum eſt imperare.
    - 2, meum eſt obtemperare.
  - 3. confirmat ab honeſto, meritis Iunonis, ut
    - 1. Regni & Iovis conciliatio.
    - 2, Menſæ Deorum participatio.
    - 3. Ventorum & tempeſtatum Subjectio.

Hæc[a] ubi dicta[b] cavum converſa[c] cuſpide montem
Impulit in[d] latus ac venti, velut agmine facto,
Quà data porta,[e] ruunt, & terras turbine perflãt,
Incubuêre mari, totumq́; à ſedibus imis
Una[f] Eurusq́;[g] Notusq́;[h] ruunt, creberq́; procellis
[i] Africus, & vaſtos volvunt ad littora fluctus.
Inſequitur clamorq́; virûm ſtridorq́;[k] rudentum:
Eripiunt ſubitò nubes cœlumque diemque
Teucrorum ex oculis:[l] Ponto nox incubat[m] atra.
Intonuêre[n] poli, & crebris micat[o] ignibus æther,
Præſentemq́; viris intentant omnia mortem.
Extemplo Æneæ[p] ſolvuntur frigore membra.
[q] Ingemit, &[r] duplices tendens ad ſidera[ſ] palmas,
Talia voce refert: o[t] terq́; quaterq; beati,
Queis ante ora patrum, Trojæ ſub mœnibus altis
Contigit oppetere! ô Danaûm fortiſſime gentis
[u] Tydide, méne Iliacis occumbere campis
Nõ potuiſſe?[x] tuaq́; animã hanc effundere dextra?
[y] Sævus ubi[z] Æacidæ telo jacet Hector, ubi ingens
[a] Sarpedon, ubi tot[b] Simois correpta ſub undis
Scuta virûm, galeasque, & fortia corpora volvit.

a) Mira arte tempeſtatis naturam dactylorum & ſpondæorũ temperie expreſſit.
b) In quo antrum eſt.
c) Sceptro regali. d) Unde venti lateraliter & obliquè ſpirant.
e) Irruunt; nam horribili ſuſurro effunduntur. f) Boreæ non meminit, quippe qui Serenator ſit, vel ſerenitatem inducat.
g) Polyſynd. rei accommodatiſſimum. h) Repetita multoties litera canina fremitum ventorum ſignat. i) Zephyrus.
k) Funes navium vento verberati, rudere exiſtimantur.
l) Mari, per Synecdochen.
m) Caliginoſa.
n) Synecdoche. o) Fulgoribus.
p) Calore nativo deficiente, ex metu refrigerante, rigent extrema membra, ſolvuntur, tremunt.
q) Vir fortis mortem in aquis exhorreſcit meritò. Sic Æneas non timuit lethum, genus at miſerabile lethi, quòd nullum daretur ſpecimen fortiter moriendi.
r) Ambas, vel utrasque.
ſ) Manus. Modus Entis pro ipſo Ente. Manus ſcil. explicatas.
t) Non ex ſuperſtitioſa numeri ſeptenarii obſervatione loquitur hæc Æneas, vel loquentem fingit Poëta.
u) Diomedes. Enallage ſpeciei, patronymicum pro primitivo.
x) Æneas à Diomede ictu ſaxi fuſus propè interierat, niſi à matre ſubtractus fuiſſet.
y) Animoſus, fortis. Aliorum calamitatem extenuans ſuam exaggerat.
z) Achillis Æaci filii. a) Jovis filius, procerus, robuſtus, fortis.
b) Phrygiæ amnis, ex Ida monte ſcaturiens, præterlapſus Trojam Xantho miſcetur, & ad Sigæum Helleſponto infunditur.

Talia

*Cauſa Appulſus eſt Æoli hoſtilitas, in*

- 1. Tempeſtatis atrocitate, *quæ conſtat:*
  - *1. Inſtrumẽtis, emiſſis ventis,*
    - *1. à forma, montis impulſione, ab inſtrumentali, converſa (ſceptri cuſpide.*
    - *2. ab adjuncta*
      - *1. ordinata multitudine.*
      - *2. violenta eruptiõe, à termino*
        - *1. à quo, porta.*
        - *2. per quem, per terras.*
        - *3. ad quem, in mare.*
    - *3. ab effecto*
      - *1. evertũt mare, per*
        - *1. Hyperbolẽ, ima ſummis miſcet.*
        - *2. Diſtributionem triũ cardinalium.*
      - *2. volvunt fluctus ad littora.*
  - *2. Adjunctis, per*
    - *1. Congeriẽ, ubi ſunt*
      - *1. remigii fervor, ex*
        - *1. virorum clamore.*
        - *2. rudentum ſtridore.*
      - *2. nocturna caligo.*
        - *1. ab efficiente, nubibus.*
        - *2. à ſubjecto, oculis Trojanorũ.*
      - *3. tonitrua & fulgura.*
    - *2. Aſſumptionem, præſentiſſima mortis imago.*
  - *3. Effectu, quæ ſunt Æneæ*
    - *1. Exanimatio, à timore ex frigore & horrore orto ſolvuntur membra.*
    - *2. Suſpiratio.*
    - *3. Elevatio manuum.*
    - *4. Exclamatio, per Apoſtrophẽ ab objecto,*
      - *1. generali, ubi*
        - *1. Propoſitio, Trojanos felices prædicat jam demortuos.*
        - *2. Ratio à digniori mortis genere,*
          - *1. in conſpectu ſuorum.*
          - *2. ſub mœnibus Trojæ.*
      - *2. ſpeciali Diomede, ubi*
        - *1. Exordium à*
          - *1 gente.*
          - *2. fortitudine.*
          - *3. genere.*
        - *2. Propſitio: utinam cecidiſſem*
          - *1. ad Trojam.*
          - *2. tuâ dextrâ.*
        - *3. Ratio ab honeſto loco,*
          - *1. in ſpecie, ubi occubuit*
            - *1. Hector.*
            - *2. Sarpedon.*
          - *2. in genere, ubi Simois corripuit tot*
            - *1. ſcuta.*
            - *2. galeas.*
            - *3. corpora fortiũ virorũ.*
- 2. Claſſis Trojanæ calamitate. *vid. ſeq.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356827-p0019-7
DFG

*Talia*[a] *jactanti, ſtridens*[b] *Aquilone procella*
*Velum*[c] *adverſa ferit, fluctusq; ad ſidera tollit.*
*Franguntur remi. Tum prora*[d] *avertit, & undis*
*Dat latus, inſequitur cumulo*[e] *præruptus aquæ* [f]*mons.*
*Hi ſummo in fluctu*[g] *pendent: his unda*[h] *dehiſcens*
*Terram inter fluctus*[i] *aperit: furit æſtus arenis.*
*Treis*[k] *Notus abreptas in ſaxa*[l] *latentia torquet,*
[m]*Saxa vocant Itali, mediis quæ in fluctibus*[n] *Aras,*
[o]*Dorſum immane mari ſummo: treis Eurus ab alto*
*In brevia*[p] *& Syrtes urget (miſerabile viſu)*
*Illiditq; vadis, atq; aggere cingit arenæ.*
*Unam, quæ Lycios fidumq; vehebat*[q] *Orontem,*
*Ipſius ante oculos ingens*[r] *a vertice pontus*
*In* [s]*puppim ferit: excutitur, pronusque*[t] *magiſter*
[u]*Volvitur in caput, aſt illum*[x] *ter fluctus ibidem*
*Torquet agens circũ, & rapid*[y] *vorat æquore vor-* *(tex.*
[z] Apparent rari nantes in gurgite vaſto,
[a]*Arma virûm, tabulæq;, & Troja*[b] *gaza p undas.*
*Jam validam*[c] *Ilionei navem, jam fortis Achatæ,*
*Et qua vectus Abas, & qua grandæv*[9] *Alethes,*
*Vicit*[d] *hyems: laxis laterum compagibus omnes*
*Accipiunt inimicum*[e] *imbrem, rimisq; fatiſcunt.*

*Inte-*

a) Inaniter loquenti.
b) Nunc demum Aquilonis ſeu Boreæ meminit, quem antea ſolum ex ventis cardinalibus omiſerat. c) Italiam enim petentibus contrarius eſt Aquilo.
d) Avertendo ſe dat latus undis. Avertitur. e) Moles aquæ prærupta. Auxeſis. f) In fine delectant monoſyllaba, dummodo rarò fiat. g) Metaph. Naves enim ex intervallo ſpectantibus, in ſummis fluctibus pendere videntur. h) Se diducens.
i) Oſtendit. Metaphora.
k) Synecdoche ſpeciei.
l) Per tempeſtatem nõ apparentia.
m) Cæca hæc tempeſtas induxerat confuſum Hyperbaton, vel Synchyſin, ſic explicandum: quæ ſaxa in mediis fluctibus Itali vocant aras, quæ in modum dorſi extant in mari ſummo. n) Scopulos quoſdam inter Africam & Sardiniam, ad quos primo bello Punico fœdus ictum eſt inter Romanos & Carthaginenſes. Joſephus Scaliger omnes crepidines & dorſa maris Aras dici ait.
o) Extans inſtar dorſi.
p) ἐν δις: In brevia & vadoſa Syrtium. Duæ ſunt autem Syrtes in ſinu Africo, major & minor, trahentes ad ſe æſtu arenas & naves, a σύρω, traho.
q) Lyciæ claſſis ductorem.
r) Deſuper.
ſ) Sublata prora navem in puppim ſtatuit, mirabili ſubverſione navis.
t) Leucaſpi:. u) It præceps per caput. x) Synecdoche, pro ſæpe.
y) Abſorbet. z) Spondæorum tarditas mirum habet pathos rei accommodatum.
a) Remi, haſtæ, ſcuta, tabulæ, veſtes, tapetes. b) Perſica vox theſaurum notat regium.
c) Synæreſis ſive Craſis. d) Tempeſtas. e) Aquam marinam.

## TAB. VI.

**Claſſis Trojanæ calamitas conſtat**

- 1. Æneæ periculo, quod amplificatur
  - 1. ab adjuncto temporis momento, quo verba promiſſa inaniter jactabat.
  - 2. ab efficiente
    - 1. remota, aquilone, vento ſeptentrionali.
    - 2. proxima, procella, quæ dicitur Ecnephias.
  - 3. à forma, quæ eſt 1. veli impulſio. 2. fluctuum elatio.
  - 4. ab effectis, quæ ſunt
    - 1. remorum fractio.
    - 2. proræ 1. averſio. 2. inclinatio.
    - 3. undæ ingentis inſecutio.
- 2. Sociorum naufragio, quod deſcribitur
  - 1. indefinitè ubi naves aliæ patiuntur à fluctibus; vel
    - 1. elevationem ad ſummum.
    - 2. deturbationem ad imum.
    - 3. fluctuationem per æſtum arenæ.
  - 2. definitè, quoad
    - 1. numerum, naves bis ternæ, quarum affliguntur
      - 1. tres
        - 1. ab efficiente, vento meridionali, Noto.
        - 2. à forma, illiſione in ſaxa, quæ deſcrib. à
          - 1. deliteſcentia.
          - 2. nominis eminentia.
          - 3. figuræ prominentia.
      - 2. tres
        - 1. ab efficiente, vento orientali, Euro.
        - 2. à forma, impulſione
          - 1. à ſubjecto loco
            - 1. a quo ab alto.
            - 2. ad quem, in brevia & Syrtes.
          - 2. ab adjuncto miſerabili ſpectaculo.
        - 3 ab effecto, 1. illiduntur in vada. 2. cinguntur arena.
    - 2. Perſonas, quæ ſunt vel
      - 1. Principalis, Orontes, cujus navis deſcr.
        - 1 ab adjunctis Lyciis.
        - 2. à forma, impulſione,
          - 1. ab adjuncta Pathopœja, ante oculos Æneæ.
          - 2. ab efficiente procella à vertice orta.
          - 3. ab effecto, ferit puppim.
        - 3. ab effectis, quæ ſunt
          - 1. Ductoris Leucaſpis
            - 1. excuſſio.
            - 2 præcipitatio.
          - 2. Navis in gyrũ tractio & ſubmerſio.
          - 3. natatio per pathos
            - 1. ab adjuncta raritate in gurgite vaſto.
            - 2. à ſubjectis 1. viris. 2 armis. 3. tabulis. 4. theſauris.
      - 2. minus principales per
        - 1. Diſtributionem 1. Ilionei. 2. Achatæ. 3. Abantis. 4. Alethæ.
        - 2. Aſſumptionem omnium navium 1. hiatus. 2. aquæ hauſtus. 3. diſſolutio.

*Interea [a] magno miſceri murmure pontum,*
*Emiſſamq; [b] hyemem ſenſit Neptunus, & imis*
*[c] Stagna [d] refuſa vadis: graviter commotus, & alto*
*Proſpiciens, ſumma placidum caput extulit unda,*
*Disjectam Æneæ toto videt æquore claſſem.*
*Fluctibus oppreſſos Troas, [e] cælíq; ruina.*
*Nec latuêre doli, [f] fratrem Iunonis, & iræ.*
*Eurum ad ſe, Zephyrumq́; vocat; dehinc talia fatur:*
Tanta ne vos generis, tenuit [g] fiducia veſtri?
*Iam cælum terramq́; [h] meo ſine numine, venti,*
*Miſcere, & tantas audetis tollere [i] moles?*
*Quos [k] ego: ſed* motos præſtat componere fluct9.
*Poſt mihi non [l] ſimili pœna commiſſa luetis.*
*[m] Maturate fugam, regiq; hæc dicite veſtro:*
*Non illi imperium pelagi, ſævumq; tridentem,*
*Sed mihi [n] ſorte datum: tenet ille immania ſaxa,*
*Veſtras, [o] Eure, domos: illa ſe jactet in [p] aula*
*Æolus, & clauſo ventorum carcere regnet.*
*Sic ait: &* dicto [q] citius tumida æquora placat,
*Collectasq; fugat Nubes, Solemq; reducit.*
*[r] Cymothöe ſimul, & Triton adnixus acuto*
*Detrudunt naves ſcopulo: [s] levat ipſe [t] tridenti,*
*Et vaſtas aperit Syrteis, & temperat æquor,*
*Atq; rotis ſummas levibus perlabitur undas.*
*Ac veluti magno in populo cùm [u] ſæpe coorta eſt*
*Seditio, ſævitq; animis ignobile vulgus;*
*Iamq; faces & ſaxa volant, furor arma miniſtrat:*
*Tum pietate gravem ac meritis ſi forte virum [x] quem*
*Conſpexêre: ſilent, arrectisq; auribus adſtant:*
Ille [y] regit dictis animos, & pectora mulcet:
*Sic cunctus pelagi cecidit fragor, æquora poſtquam*
*Proſpiciens genitor, cæloq; invectus [z] aperto*
*Flectit equos, [*] curruq; volans dat lora ſecundo.*

a) Alliteratio tempeſtati maris cõveniens. b) Tempeſtatem. c) Stagna pro fundo maris poſuit, qui non niſi maxima tempeſtate turbatur; in illo autem credebatur Deorum marinorum domicilium. d) Turbata in imis gurgitibus. e) Imbre, fulgure, tonitru, è cœlo irruente. f) Neptunum. g) Confidentia. Ignobilitas ventorum terreſtrium notatur. h) Non facta vobis à me poteſtate. i) Fluctuum. k) Sermo imperfect9, iram indicans, per Patheticam Apoſiopeſin: quos ego ulciſcerer, ſi quidem vacaret; ſed præſtat pericula avertere. l) Non leviter caſtigabimini verbis, à me, ut nũc irato; irati enim in puniẽdo modum excedere ſolent: quare Architas villicum, & Plato ſervum punire, nolebãt irati. Valer. Max. m) Properè, citò faceſſite hinc, fugite. n) Quæ cuique Deorũ munus ſuum contigit, diviſo mundi imperio, inter fratres, Jovem, Neptunum, Plutonem. Neptuni vero ſceptrum erat tridens, ob triplicem aquæ virtutem, liquidam ſcil. fœcundam, & potabilem. o) Apoſtrophe. p) Ironicè modò aulam, modò carcerem vocat domum Æoli, per contemptum. q) Græci ajunt, ἅμ᾽ ἔπος, ἅμ᾽ ἔργον. Dictum, Factum. r) Fluxu celerrimũ undarũ κυμοδόκων, & æſtũ fluctũs, τεκταίνων, expediuntur, quæ hæſitant naves. s) Leves, & navigabiles facit, aut levat naves. t) Tricuſpide telo. u) Ut ſæpe fit. x) Ad gravitatem viri exprimendam gravatur verſus monoſyllaba. y) ψυχαγωγεῖ, qui effectus eſt eloquentiæ, quam Ennius flexanimam, Euripides reginam appellat. z) Sereno, non obducto nubibus.
* Laxat equis habenas, ſequente celeriter curru. Per equos autem intelligit Hippocampos.

De-

- *Actus Appulsûs ſeu* Neptuni benignitas *conſtat*
  - 1. *Antecedenti* Tempeſtatis ſedatione, *cujus*
    - 1 *impulſiva*,
      - 1. *externa, tempeſtatis cognitio per expolitionem, ubi ſenſit*
        - 1 Pontum miſceri murmure.
        - 2. emiſſam tempeſtatem.
        - 3. ſtagna refuſa
      - 2. *interna,*
        - 1. *gravis erga ventos commotio.*
        - 2. *ſuavis erga Trojanos affectio, per pathopœiam,*
          - 1. *à ſubjecto,*
            - 1. *ab alto mari proſpicit.*
            - 2. *ex unda caput extollit.*
          - 2 *ab objecto,*
            - 1. *claſſe Æneæ disjecta.*
            - 2. *Trojanis naufragis.*
          - 3. *à cognitione cauſæ, dolo & ira Iunonis.*
    - 2. *Forma conſtat*
      - 1. *Dictis, quorum*
        - 1. *objectum ſunt Eurus & Zephyrus citati.*
        - 2. *Partes*
          - 1. *Exordium reprehendit ventorum temeritatem,*
            - 1. *ab impulſiva, fiducia generis.*
            - 2 *à forma, cur injuſſu meo audetis* (re?
              - 1 *terrā cœlo miſcere.*
              - 2. *tollere fluctus?*
            - 3. *ab effecto, pœna per cōtentiōis*
              - 1. *theſin, digni eſtis, qui malè mulctemini.*
              - 2 *antitheſin, ſed praſtat*
                - 1. *ſedare tempeſtatē.*
                - 2 *differre pœnam.*
          - 2. *Propoſitio,*
            - 1. *fugite hinc.*
            - 2. *nunciate Æolo mea verba.*
          - 3. *Cōfirmatio ab iniquo per comparationem*
            - 1. *mihi datum maris imperium,*
              - 1. *ab adjuncto ſigno.*
              - 2. *à forma, per ſortē.*
            - 2. *ille tenet ſaxa, ventorum domicilia, per Apoſtrophen ad Eurum.*
          - 4. *Clauſula jubet Æolum per Ironiam & contemptū*
            - 1 *jactare ſe in aula ſaxoſa.*
            - 2. *regnare in carcere ventorū.*
      - 2 *Factis per*
        - 1. *congeriem,*
          - 1. *repentina maris placatio.*
          - 2. *nubium fugatio, ſolis reductio.*
          - 3. *navium à ſcopulis detruſio, cujus cauſa*
            - 1 *adminiſtra*
              - 1. Cimothöe.
              - 2. Triton.
            - 2 *inſtrumentalis tridens.*
          - 4. *Syrtiū oſtenſio.*
          - 5 *Maris temperatio, à forma, curru undas perlabēdo.*
        - 2. *Cōparationem, cujus*
          - 1 *Protaſis à ſeditionis*
            - 1. *concitatione, ab efficiente, populo & vulgo.*
            - 2. *graſſatione ab inſtrumentis & furore.*
            - 3. *ſedatiōe,*
              - 1. *ab efficiente, viri gravis conſpectu.*
              - 2. *ab adjuncto populi ſiletio & auſcultatiōe.*
              - 3 *ab adminiſtra facūdia & blandimētis.*
          - 2. *Apodoſis cujus*
            - 1 *propoſitio: ſic cecidit pelagi fragor.*
            - 2. *amplificatio,*
              - 1. *ab efficiente, Neptuno conſpecto.*
              - 2. *à forma incedētis Neptuni per mare.*
  - 2. Claſſis in portum tutum delatione.
  - 3. Conſequenti Trojanorum refectione. { *vid ſeqq.*

Defeſſi Æneadæ, quæ proxima littora, curſu
[a] Contendunt petere, & [b] Libyæ vertuntur ad oras.

[c] Eſt in ſeceſſu longo locus: inſula [d] portum
Efficit objectu laterum, quibus omnis ab alto
Frangitur, inq; ſinus ſcindit ſeſe unda [e] reductos.
Hinc atq; hinc vaſtæ rupes, geminiq; [f] minantur
In cœlum ſcopuli: quorum ſub [g] vertice latè
Æquora tuta [h] ſilent. Tum ſylvis [i] ſcena coruſcis
Deſuper, [k] horrentique [l] atrum nemus imminet umbra.

Fronte ſub adverſa ſcopulis pendentibus antrum;
Intus aquæ dulces, [m] vivoque ſedilia ſaxo:
Nympharum domus. Hic feſſas [n] non vincula naves
Ulla tenent, unco non alligat anchora [o] morſu.
Huc ſeptem Æneas collectis navibus [p] omni
Ex numero ſubit; ac magno telluris amore
[q] Egreſſi, optata potiuntur Troes arena,
Et [r] ſale tabentes artûs in littore ponunt.

At

a) Feſtinant, magno conatu incumbunt.
b) Africæ. Syneed. partis pro toto.
c) Topotheſia; non enim in Africa, ſed in Hiſpania portus eſt novæ Carthaginis.
d) Duo latera loci in portum vergentia mari objecta, ejus impetum frangunt, portumque ab undis tutum efficiunt.
e) Replicabiles, qui recolliguntur & replicantur; vel recedẽtes, in receſſum remotas.
f) Hyperbole. Minaces videntur in cœlum usque attolli & eminere.
g) Circa radices montis, quæ ad rectam lineam ſuſpiciunt cacumen.
h) Metaphora.
i) Sylvæ deſuper obumbrant ſinum, ad modum ſcenæ, quæ inumbrat theatrum.
k) Horrorẽ incutiente. Metonym.
l) Frondibus denſum.
m) Naturali; ut: vivo prætervehor oſtia ſaxo.
n) Usque adeò tranquillus erat portus, ut non opus eſſet jacta anchora.
o) Metaphora Dente tenaci, ut alibi.
p) Ex viginti. Bis denis Phrygium conſcendi navibus æquor; vix ſeptem convulſæ undis Euroque ſuperſunt.
q) Egreſſi dicuntur, qui jam navigarunt, ut contrà ingredi dicuntur, qui navigare incipiunt.
r) Salſa aqua, vel maris aſpergine madefactos.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356827-p0024-1

**Claſſis in portum delatio conſtat**

- 1. Antecedenti Trojanorum contentione,
  - 1. ab impulſiva, fatigatione.
  - 2. à ſubjecto termino ad quem, proximum littus.
  - 3. ab effecto; converſio ad oras Libycas.
- 2. Topotheſia, ficti loci deſcriptione
  - 1 à ſitu, remotiſſimo ſeceſſu.
  - 2. à forma portûs, cujus
    - 1. cauſa eſt oppoſitio laterum.
    - 2. effectus vel uſus; quòd
      - 1. maris impetum frangit.
      - 2 undam in ſinum contrahit.
  - 3 ab adjuncta
    - 1. duplicis rupis & ſcopuli
      - 1. vaſtitate.
      - 2. altitudine.
    - 2. maris tranquillitate.
    - 3. loci amœnitate, vel
      - 1. ſuperna, per expolitionem
        - 1. ſylvæ.
        - 2. nemoris.
      - 2. inferna antri,
        - 1. à ſubjecto loco adverſo ſub ſcopulis pēdentibus.
        - 2. ab adjuncta
          - 1. aquarum dulcedine.
          - 2. ſedilium commoditate è forma & materia.
  - 4. à fine ſeu uſu religioſo, quod ſit
    - 1. Nympharum domicilium.
    - 2. inviolabilis ferro, per expolitionem anchoræ.
- 3. Subſequenti
  - 1. Portus intratione,
    - 1. ab efficiente Ænea.
    - 2. à ſubjectis navibus ſeptem.
  - 2. in terram egreſſione,
    - 1. ab impulſiva, telluris amore.
    - 2 à ſubjecto, littore optato.
  - 3 corporum madore & frigore languentium ſiccatione & calefactione.

Ac primùm [a] ſilicis ſcintillam excudit Achates,
Suſcepitq́; ignem foliis, atq́; arida circum
Nutrimenta dedit: [b] rapuitq́; in fomite flammam.
Tum [c] Cererem corruptam undis, [d] Cerealiaq́; arma
Expediunt, [e] feſſi rerum: frugesq́; [f] receptas
Et torrere parant flammis, [g] & frangere ſaxo.
Æneas [h] ſcopulum [i] interea conſcendit, & omnem
Proſpectum latè pelago petit, Anthea ſi [k] quem
Jactatum vento videat, Phrygiasq́; biremes,
Aut [l] Capyn: aut celſis in puppibꝰ [m] arma [n] Caici.
Navim in conſpectu nullam, tres littore cervos
Proſpicit errantes: hos tota armenta [o] ſequuntur
A tergo, & longum per valles paſcitur agmen.
Conſtitit hic, arcumq́; manu celeresq́; ſagittas
Corripuit fidus quæ tela gerebat [p] Achates,
Ductoresq́; ipſos primùm, capita alta ferentes,
Cornibus [q] arboreis, ſternit: tùm vulgus & omnē
[r] Miſcet agens telis nemora inter frondea turbam.
Nec priùs abſiſtit, quam ſeptem ingentia victor
Corpora fūdat humi, & numerū cū navibꝰ æquet.
Hinc portum petit, & ſocios partitur in omnes.
Vina, [ſ] bonusquæ deinde cadis onerarat [t] Aceſtes
Littore [u] Trinacrio, dederatq́; abeuntibus heros,
Dividit, & dictis mœrentia pectora [x] mulcet.
O ſocii,

a) Ignem è ſilice excutit.
b) Rapidè ignem accendit.
c) Metonymia. Frumentum aqua marina madefactum.
d) Inſtrumenta neceſſaria frugibꝰ priùs torrendis, ſiccandis, tum terendis.
e) Fatigati naufragio, calamitate, jactatione tempeſtatis, & inopia.
f) Ex undis ſervatas.
g) Siniſtrè quidam hic ſtatuunt ὕστερον πρότερον, cùm fruges madefactas priùs neceſſe erat torrere, tum modò molere.
h) Unde, velut è ſpecula, longè lateque poſſit proſpicere.
i) Dū alii aliis intenti ſunt, & quidem vilioribꝰ muniis; Æneas dux gravioribus occupatur, ad obſervandū τὸ πρέπον. Princeps enim nō tā ſui, quam ſuorū curā gerit.
k) παρέλκον, ſupervacaneum vel redundans pronomen, Poëtis veteribus commune.
l) Ducē Trojanum; unde poſtea Capuam dictam volunt, & conditam Lib. 10. Et Capys; hinc nomen campanæ ducitur urbæ.
m) Inſignia, vel navis παράσημον in puppi; nam ea pars navis eſt altior: vel quia navigantium militum mos erat, puppibus arma religare.
n) Ducis Trojani. Eſt & fluvius hujus nominis.
o) Pleonaſmus, quo etiam Cicero uſus, Tuſc. 1. a tergo inſequens.
p) Comes Æneæ fingitur, quòd principes nunquam ſint vacui ſollicitudine, quā ἄχος ſignificat.
q) Habentes cornua ramoſa, ut ſunt arbores. Metaphora.
r) Perturbat proſtratis ductoribus.
ſ) Synchyſis Ordo autem eſt: Deinde vina dividit, quæ bonus Aceſtes cadis onerarat littore & cæt.
t) Rex Siciliæ.
u) Sicilia dicitur Trinacria vel Trinacris, à tribus promontoriis, quæ Græcis ἄκρα. Latinè Triquetra, à forma triangulari.
x) Metaphora, à corpore ad animum, pro Solatur.

Trojanorum, Refectio *conſtat*

- 1. Apparatu *vel*
  - 1. Sociorũ,
    - 1. *definito* Acha*tis qui ignem*
      - *1. elicit è ſilice.*
      - *2. ſuſcipit foliis.*
      - *3. nutrit combuſtibilibus aridis, & fomite.*
    - *2. indefinito reliquorum, qui eſt rei frumẽtariæ præparatio.*
      - *1. à materia, frumẽto madefacto.*
      - *2. ab inſtrumentis piſtoriis.*
      - *3. forma, frugum*
        - *1. aeſiccatio.*
        - *2. contritio.*
  - 2. *Æneæ, cujus Venatio conſtat*
    - *1. Occaſione, Proſpectu de ſociis amiſſis,*
      - *1. à ſubjecto termino, 1. à quo, ſcopulo. 2. per quẽ, mare.*
      - *2. à diſtributione, nũ poſſit videre*
        - *1. in genere, naves Trojanas.*
        - *2. in ſpecie*
          - *1. Antheum. 2. Capyn.*
          - *3. Caicum.*
      - *3. ab eventu*
        - *1 fruſtrato, navium nulla conſpecta.*
        - *2. fortuito, cervi cõſpecti,*
          - *1. definitè tres.*
          - *2. indefinitè p expolitionẽ*
            - *1. tota armẽta.*
            - *2. longum agmen.*
    - *2. Actu per*
      - *1. Hypotypoſin,*
        - *1. à ſitu, conſtitit.*
        - *2. ab inſtrumentis, arcu & ſagittis.*
        - *3. ab adminiſtra cauſa, comite Achate.*
      - *2. Diſtributionem*
        - *1. Ductorum, à magnitudine*
          - *1. capitum.*
          - *2. cornuum.*
        - *2. Vulgi*
          - *1. ab inſtrumentis.*
          - *2. à ſubjectis nemoribus.*
    - *3. Effectu, cervorum confixio, à numeri*
      - *1. ſpecie, ſeptenario.*
      - *2 fine, æquatione cum navibus.*
    - *4. Eventu,*
      - *1. Portus repetitione.*
      - *2. Diſtributione*
        - *1. eſculentorum, cervorum.*
        - *2. poculẽtorũ, vini, cujus donatio*
          - *1. ab efficiente,* Aceſte.
          - *2. à ſubjecto littore Siculo.*
          - *3. ab adjuncto tempore.*
      - *3. Sociorum conſolatione.*
- 2. Actu, *vid. ſeq.*

O [a] ſocii, (neq; enim ignari ſumus [b] antè malorū)
O [c] paſſi graviora: dabit Deus his quoq; finem.
*Vos [d] & Scyllæam rabiem, penituſq; ſonantes*
*[e] Acceſtis ſcopulos, vos & Cyclopea * ſaxa*
*Experti:* [f] revocate animos, mœſtumq; timorem
Mittite. Forſan & hæc olim meminiſſe juvabit.
Per varios caſus, per tot diſcrimina rerum
Tendimus in Latium, ſedes ubi fata quietas
Oſtendunt; *illic fas regna reſurgere Trojæ.*
[g] Durate, & vosmet rebus ſervate ſecundis.
*Talia voce refert: curiſq; ingentibus æger,*
Spem vultu [h] ſimulat, [i] premit [k] altū corde dolorē.
*Illi ſe prædæ accingunt, dapibuſq; futuris:*
*Tergora [l] diripiunt coſtis, & [m] viſcera nudant.*
*Pars in fruſta ſecant, verubuſq; [n] tremētia figunt.*
*Littore [o] ahena [p] locant alii, flammaſq; [q] miniſtrant.*
*Tum victu [r] revocant vires: fuſiq; per herbam,*
*Implentur veteris [s] Bacchi, pinguiſq; [t] ferinæ.*
*Poſtquam exempta fames epulis, menſæq; remotæ,*
*Amiſſos longo ſocios ſermone requirunt:*
*Spemq; metumq; inter dubii, ſeu vivere credant,*
*Sive [u] extrema pati, nec jam [x] exaudire vocatos.*
*Præcipuè pius Æneas, nunc acris [y] Oronti,*
*Nunc Amyci caſum gemit: & crudelia [z] ſecum*
*Fata Lyci, fortemq; Cyan, fortemq; Cloanthum.*

a) Conſolatur ſocios, atque hortatur ad laboris patientiam.
b) Hyphen ἀντὶ πρὶν κακῶν.
c) Sic Horatius: ô fortes pejoraque paſſi mecū ſæpe viri, nunc vino pellite curas, cras ingens iterabimus æquor.
d) Scyllam, & reſonantia ſaxa.
e) Syncope duriuſcula, dedita opera ſic attemperata, ut literarum & ſyllabarum ſelectio & colliſio ſcopulorum aſperitatem meliùs exprimat. Acceſſiſtis dixit, non adiiſtis.
* A Cyclopibus in Sicilia obſeſſa
f) Recipite animum.
g) Perſeverate, animo eſtote obfirmato.
h) Præ ſe fert lætitiam.
i) Occultat.
k) Alto.
l) Detrahunt.
m) Carnes ad epulas.
n) Etiamdum palpitantia.
o) Ad lavandas & elixandas carnes, quæ & veteribus in uſu, teſte Ovidio.
p) Collocant.
q) Subminiſtrant, ſuppeditant.
r) Lucretius: Præterea capitur cibus, ut ſuffulciat artus, & vires recreet.
s) Metonymia efficientis.
t) Carnis.
u) Naufragium facere.
x) Amiſſi peregrè & deſiderati ter inclamabantur, ſi nihil reſpōdebatur, conclamatum erat, actum vel deſperatum.
y) Apocope, pro Orontis, ad evitandam repetitionem ejusdem conſonantis, velut illud: immitis Achilli.
z) Clam ſociis, ne animi frangerentur principe perterrito.

Et

**Actus refectionis conſtat**

- 1. Dictis, Æneæ alloquo, *cujus*
  - 1. *Forma conſtat*
    - 1. *Captatiõe benevolẽtiæ, ubi*
      - 1. *Protaſis, à perſonarũ ſocietate p exclamationẽ.*
      - 2. *Ætiologia, à*
        - 1 *malorum reminiſcentia.*
        - 2. *paſſionum vehementia.*
        - 3. *Dei providentia.*
    - 2. *Narratione, vos*
      - 1. *acceſſiſtis Scyllæ ſcopulos.*
      - 2. *eſtis experti Cyclopum oras.*
    - 3. *Propoſitione conſolatoria: revocate animum, mittite timorẽ.*
    - 4. *Confirmatiõe*
      - 1. *à jucundo, grata erit præteritorum memoria.*
      - 2. *ab utili veniemus*
        - 1. *per* anguſta, *varia pericula.*
        - 2. *ad* auguſta,
          - 1. *à ſubjecto Latio.*
          - 2. *ab adjũcta tranquillitate.*
          - 3. *à fine, nova Troja.*
    - 5. *Clauſula, cujus*
      - 1. *propoſitio: perſeverate.*
      - 2. *motus, à læta cataſtrophe.*
  - 2. *Adjunctus affectus*
    - 1. *animi ægritudo.*
    - 2. *lætitiæ ſimulatio.*
    - 3. *triſtitiæ diſſimulatio.*
- 2. Factis, Trojanorum epulo, *cujus*
  - 1. *Apparatus*
    - 1. *ab objecto per interpretationẽ: accingunt ſe prædæ, dapibus.*
    - 2. *à forma, per hypotypoſin & expolitionem, cervorum*
      - 1. *excoriatio.* 2. *diſſectio.*
      - 3. *aſſatio.* 4. *elixatio.*
  - 2. *Actus, cujus*
    - 1. *Finis, virium revocatio, à ſubjecto, per herbam.*
    - 2. *Finita media*
      - 1. *poculenta, vetus vinum.*
      - 2. *eſculenta, caro ferina.*
  - 3. *Eventus, menſale colloquiũ, cujus*
    - 1. *adjunctum tempus, poſt*
      - 1. *exemptam famem.*
      - 2. *menſas remotas.*
    - 2. *Objectum*
      - 1. *indefinitũ, de ſociis, dubium cujus impulſiva*
        - 1. *interna,*
          - 1. *ſpes vitæ.*
          - 2. *metus mortis.*
        - 2. *externa fruſtranea vocatio.*
      - 2. *definitum, Æneæ ſuſpirium, ſuper caſu,*
        - 1. *Orontis.* 2. *Amyci.*
        - 3. *Lyci.* 4. *Gyæ.*
        - 5. *Cloanthi.*

*Et jam finis erat,* [a] *quum Iuppiter æthere ſummo*
[b] *Deſpiciens mare* [c] *velivolum, terrasq; jacentes,*
*Littoraq;, & latos populos, ſic vertice cæli*
*Conſtitit, & Libyæ defixit lumina regnis.*
*Atq; illum tales jactantem pectore curas,*
*Triſtior, & lacrymis oculos ſuffuſa nitentes,*
*Alloquitur Venus.* ô, qui [d] res hominumq; deûmq;
Æternis regis imperiis, [e] & fulmine terres;
*Quid meus Æneas in te committere tantum,*
*Quid Troes potuêre? quibus tot funera paſſis*
*Cunctus* [f] *ob Italiam terrarum clauditur orbis?*
*Certè* [g] *hinc Romanos olim* [h] *volventibus annis*
*Hinc forè ductores, revocato à ſanguine Teucri,*
*Qui mare, qui terras omni ditione tenerent,*
*Pollicitus:* quæ te genitor ſententia vertit?
*Hoc equidem* [i] *occaſum Trojæ, triſtesq; ruinas*
*Solabar,* fatis contraria fata rependens.
Nunc [k] eadem fortuna viros tot caſibus actos
[l] Inſequitur. Quē das finem Rex magne laborū?
[m] *Antenor potuit mediis elapſus* [n] *Achivis*
*Illyricos penetrare ſinûs, atq; intima tutus*
*Regna Liburnorum, &* [o] *fontem ſuperare Timavi;*
*Vnde per ora novem, vaſto cum murmure montis*
*It mare præruptum, & pelago premit arva ſonanti.*
*Hic tamen ille urbem* [p] *Patavi, ſedesq; locavit*
*Teucrorum, & genti* [q] *nomen dedit,* [r] *armaq; fixit*
*Troja: nunc placidâ compoſtus pace quieſcit.*
Nos, tua progenies, cæli quibus annuis arcem,
*Navibus* [s] *(infandum) amiſſis, unius ob iram*
*Prodimur, atq; Italis longè disjungimur oris.*
Hic pietatis honos? ſic nos in ſceptra reponis?

*Olli*

a) Aliena admiſcet ſcitè, conſilia nimirum Deorum, ut commodiùs ad Cæſarum, Populique Romani laudes poſſit expatiari.

b) Deorſum aſpiciens, Trojanis favens; quos enim Dii aſpiciunt & reſpiciunt, iis bene cupere ſe declarant. c) Elegans epithetō.

d) Res Deûm regio nutu & imperio, hominum fulmine.

e) Fulmē diſtinguunt nonnulli, ut aliud ſit 1. præſagum, quale illud: De cœlo tactas memini prædicere quercus. 2 terrificum, ut hic; & alibi: fulminis afflavit ventis. 3. vindicativum, quod adigit ad umbras. f) Ne Italiam appellāt.

g) Ex Ænea, & Trojanis.

h) Evolutis, revolutis, volvendis. Enall. i) Excidium. k) Itidem adverſa. l) Ex agitat, affligit.

m) Si regnat proditor, cur pius ejicitur? Habetur autem à quibusdam & ipſe Æneas cum Antenore proditor Trojæ; verùm excuſantur ab aliis, ut pacis & Helenæ reddendæ authores vel ſuaſores. n) Vide chartam Geographicam, de penetratione Antenoris; ubi offendes Achivos, Illyricum, Liburniam, Timavum, Patavium: adeoque Venetorum originem. o) Fluvium Timavū, de quo plurima legere licet apud interpretes, quorum charta hæc noſtra capax non eſt.

p) Tam elegans, quàm frequens eſt Poëtæ circumlocutio. Fons Timavi, urbs Patavî.

q) Antenoridas vocavit ſuos; urbem verò, quam condidit, Patavium, quæ jam dicitur Padua.

r) Ut victor & voti compos; qui enim rerū fortiter geſtarum monumenta erigunt, arma figunt.

ſ) Interjectivè quaſi, ut illud: miſerum! malum! dolendum! proh!

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356827-p0030-4

Didonis Hoſpitalitas conſtat

- 1. Conſiliis Veneris, vel cum
  - 1. Jove, quæ conſultatio conſtat
    - 1. Veneris expoſtulatione, cujus
      - 1. Impulſiva
        - 1 externa, Iovis providentia, p
          - 1. Tranſitionem de fine malorum.
          - 2. Hypotypoſin proſpectûs
            - 1. à ſubjecto æthere ſummo. (populis.
            - 2 ab objecto, mari, terra, littoribus,
            - 3. à ſitu, conſtitit in vertice cœli.
            - 4. ab effectu fixit oculos Africæ.
          - 3 Aſſumptionem de rerum omnium cura.
        - 2. interna, Veneris triſtitia quam lachrymis prodit.
      - 2 Forma conſtat
        - 1 Exordio, quo captat benevolentiã a Iovis potentia, cujus
          - 1. objectum ſunt res, 1. hominum. 2. Deorum.
          - 2 adjunctum eſt imperii æternitas.
          - 3 inſtrumentum, fulminis terror.
        - 2. Propoſitione pathethetica, quâ
          - 1. querit de culpa Æneæ & Trojanorum.
          - 2. expoſtulat, de pœna, quæ eſt
            - 1. funerum paſſio.
            - 2. Italiæ præcluſio.
        - 3 Confirmatione;
          - 1 à turpi, quo Iovem in promiſſis arguit
            - 1. jactantiæ qua promiſit Trojanis
              - 1 Romanorum exordium.
              - 2. Italiæ receptaculum.
              - 3. Mundi imperium.
            - 2. inconſtantiæ, per Epiphonema.
          - 2. ab inutili ſpe fruſtrata, quæ
            - 1. proponitur,
              - 1. toleravi occaſum Trojæ.
              - 2. ſperavi fatalem ortum Romæ.
            - 2. amplificatur contrario eventu, cõtinuatione malorũ.
            - 3. clauditur Epihonemate, de imponendo malis fine.
          - 3 à difficili per Comparationis
            - 1. Protaſin, Antẽor potuit
              - 1. evadere per medios hoſtes.
              - 2. penetrare 1. Illyricum. 2 Liburniam.
              - 3. ſuperare Timavum,
                - 1. à ſubjectis oſtiis.
                - 2 ab adjuncto murmure.
                - 3. ab effecto, concuſſione arvorum.
              - 4 condere 1. Patavium. 2. Trojam novam.
              - 5. quieſcere in pace.
            - 2. Apodoſin, ab Ænea
              - 1. majori dignitate.
              - 2 minori felicitate, ex
                - 1 naufragio.
                - 2 Iunonis odio.
                - 3. Italiæ exilio.
        - 4 Clauſu â per 1. Pathopœiam. 2. Ironiam.
    - 2. Jovis placatione, vid. ſeq.
  - 2. Ænea. vid. ſeqq.
- 2. Occaſione. 3. Actu. } vid. ſeqq.
- 4. Eventu.

[a] Olli ſubridens [b] hominum ſator, atq; deorum,
Vultu quo cælum tempeſtatesq; ſerenat,
[c] Oſcula [d] libavit natæ: dehinc talia fatur,
Parce [e] metu [f] Cytherea: [g] manent immota tuorum
Fata tibi, cernes [h] urbem & promiſſa [i] Lavini
Mœnia, ſublimemq; feres ad ſidera cœli
Magnanimum Æneam. Neq; me ſententia vertit,
[k] Hic (tibi fabor enim, quãdo hæc te cura remordet,
Longiùs & volvens fatorum arcana movebo)
Bellum ingens geret [l] Italia: populosque feroces
Contundet, [m] moresq; viris & mœnia ponet;
Tertia dum Latio regnantem viderit æſtas,
[n] Ternaq; tranſierint Rutulis hyberna ſubactis.
At puer Aſcanius, cui nunc cognomen Iulo
Additur (Ilus erat, dum res ſtetit Ilia regno)
Triginta [o] magnos volvendis menſibus [p] orbes
Imperio explebit, regnumq; à ſede Lavini
Tranferet, & longam multa vi muniet [q] Albam.
[r] Hic jam tercentum totos regnabitur annos
Gente ſub [s] Hectorea: donec [t] regina ſacerdos
[u] Marte gravis [x] geminam partu dabit Ilia prolem,
Inde [y] lupæ fulvo nutricis [z] tegmine lætus
Romulus excipiet gentem, & * Mavortia condet
Mœnia, Romanosq; ſuo de nomine dicet.

a) Antiſtœchon, vel Antitheſis. b) Juppiter c) Oſcula volunt eſſe religioſi officii, baſia pudici affectus, ſuavia libidinis. d) Parvũ os filiæ leviter tetigit. e) Apocope, pro Metui. f) Ab inſula Cythera. g) Continua narrationis ſerie ſummam Romanæ hiſtoriæ ab Ænea usque ad Auguſtum complectitur. h) Trojam & Lavinium. i) Synæreſis, pro Lavinii. k) Æneas. l) In Italia. m) Hyſteron proteron; jura enim poſt urbem extructam demum conduntur. n) Tres hyemes, tres anni, Synecd. Æneæ mortem cautè tegit, quam tamẽ tacitè innuit, cùm Aſcanium ei ſucceſſurum dicit. o) Annos ſolares, quorum ſinguli cõſtant 12. menſibus volvendis. p) Phœnices annum ſignificantes draconem fingebant in orbem redactum, caudamque ore tenentem. q) Latii urbem diſtantem à Lavinio 12. milliaria, totidemque à Roma. r) Albæ. ſ) Trojanâ. Hector enim Æneæ affinis erat. t) Regia Sacerdos Veſtæ, Ilia Numitoris regis filia, virgo veſtalis. u) A Marte compreſſa. x) Romulũ & Remum. y) Laurentiæ Fauſtuli uxoris, quæ lupa; aut quia expoſitorum infantiũ nutrices dictæ lupæ. z) In memoriam nutricis; vel quia ipſe vẽator: veluti Hercules leonis pelle utebatur. *) Epentheſis, Martia. Romã innuit, cujᵒ nomẽ nõ poſuit, quòd nec in ſacris illud ennunciare fas erat.

---

[a] His ego [a] nec metas rerum, nec tempora pono:
Imperium ſine fine dedi. Quin [b] aſpera Iuno,
Quæ mare nunc terrasq; [c] metu cælumq; fatigat,
Conſilia in [d] melius referet, mecumque fovebit

a) Nec certum imperii terminũ nec certum annorum ſpatium ſtatuo. b) Sæva. c) Romæ Carthaginem exciſuræ. d) Quia bello Punico ſecundo, Juno placata cœpit favere Romanis.

Roma.

- **Jovis placatio abſolvitur:**
  - 1. Conſolatione, cujus not.
    - 1. Ethopœia, morũ vel geſtuum fictio, quæ ſunt
      - 1. Riſu, qui illuſtratur
        - 1. ab efficiente, Pantocratore.
        - 2. à ſubjecto vultu, quo ſerenat cœlũ, tempeſtates.
      - 2. Oſculũ, quod fixit Veneri, ſuæ filiæ.
    - 2. Forma, quæ conſtat
      - 1. Exordio, quo captãdæ benevolẽtiæ cauſa
        - 1. Metum deponere jubet Cytheream.
        - 2. Fata immota docet, quod Æneas ſit
          - 1. in Italiam venturus.
          - 2. urbem conditurus.
          - 3. indiges futurus.
        - 3. Inconſtantiæ ſuſpicionem amovet.
      - 2. Propoſitione, qua promittit Fatorũ revelationẽ,
        - 1. ab impulſiva, ſollicitudine Veneris.
        - 2. ab adjũcta prolixitate ſeriei altius petita.
      - 3. Confirmatione, per diſtributionem Fatorum, ut
        - 1 Æneæ, Lavinii authoris,
          - 1. Bellum, cujus
            - 1. ſubjectum, Italia.
            - 2. objectum, Latini.
          - 2. Regnũ cujus
            - 1. munimentum ſunt leges & mœnia.
            - 2. duramentũ triẽnii, per expolitionem, trinæ
              - 1. æſtatis.
              - 2. hyemis.
        - 2. Aſcanii, Albæ Fundatoris, Imperii
          - 1. Continuatio,
            - 1. à ſubjectæ perſonæ
              - 1. ætate.
              - 2. nomine & cognomine.
            - 2. ab adjũcta duratiõe tricennii.
          - 2. Translatio, cujus terminus
            - 1. à quo, Lavinium.
            - 2. ad quẽ, Alba bene munita.
          - 3. Succeſſio,
            - 1. ab adjũcta duratione triũ ſeculorum.
            - 2. à ſubjecta gente Trojana.
        - 3. Romuli, Romæ conditoris,
          - 1. à procreante
            - 1. matre Rhea.
            - 2. patre Marte.
          - 2. ab habitu.
          - 3. ab effectu,
            - 1. Gentis exceptione.
            - 2. Vrbis extructione.
            - 3. Populi denominatione.
        - 4 Romanorum. vid. ſeq.
  - 2. Legatione. vid. ſeq.

Romanos rerum [e] dominos, gentemq; [f] togatam.
Sic [g] placitum: veniet [h] luſtris labentibus ætas,
*Quum domꝰ [i] Aſſaraci [k] Phthiā clarasq; [l] Mycenas*
*Servitio premet, ac victis dominabitur [m] Argis.*
Naſcetur pulchrâ Trojanus origine Cæſar,
(Imperium Oceano, [n] famâ qui terminet aſtris)
Julius, à magno demiſſum nomen [o] Julo.
*Hunc tu olim cælo [p] ſpoliis Orientis onuſtum*
*[q] Accipies ſecura: [r] vocabitur hic quoque votis.*
Aſpera tum poſitis [ſ] miteſcent ſæcula bellis:
*[t] Cana [u] fides, & Veſta, Remo cum fratre Quirino,*
*Jura [x] dabunt: diræ ferro & compagibus arctis*
*Claudentur [y] belli portæ. Furor impius intùs*
*Sæva ſedens ſuper arma, & centū vinctus ahenis*
*[z] Poſt tergum nodis, fremet horridus ore cruento.*

e) A domo dominus, qui domui præeſt; hinc ad regnantes & principes: pòſt ad quosvis præpoſitos: inde ad alios translatū, vel honoris, vel blanditiæ vel adulationis cauſa.

f) Aliæ gentes erant tunicatæ, palliatæ, braccatæ, Romana togata usque talos.

g) Refert divinam majeſtatem.

h) Luſtrum alii quatuor annorū, alii quinque abſolutorum, alii exacto quadriennio ineuntis quinti ſtatuunt, ut ſit idem cum Olympiade.

i) Romana gens. Aſſaracus Trois filius, ex quo Capys Anchiſæ parens: intelligit autem vel Mummium, qui Corinthum delevit, & bonam Græci partem Imperio ſubjecit: vel Paulum Æmilium, qui Macedoniam devicit.

k) Urbem Theſſaliæ, Achillis patriam.

l) Urbem Peloponneſi, regiam Agamemnonis. m) Itidem Pelopon. vid. tab. Geograph.

n) Auguſtum intelligit, cujus mater Actia ſomniavit, ſe concepiſſe ex Apolline, viſceraque ſua in cœlum tolli, & per omnem terram extendi. o) Julius Cæſar revera ſe ab Julo ortum credidit, ideoque Veneris numen impenſiùs colebat. p) Ex bello Pharſalico & Pontico, devictis regibus, qui auxilia tulerant Pompeio. q) In Deos relatum. r) Meruit poſt mortem aram, ſimulacrum, faſtigium, flaminem. ſ) Per Auguſtum. t) Metaphora.

u) Auguſtus Fidei ſolemne inſtituit, & flaminem, religionem Veſtalium inſtauravit, ipſe Pontifex Max. leges Julias & ſumptuarias tulit, juſtitiam ſanxit, concordia & pace per orbem propagata templum Jani clauſit. x) Syllepſis. y) Pace ſcil. terrâ marique facta.

z) Belli imaginem reſtrictis à tergo manibus, ab Apelle pictam Auguſtus in foro dicavit.

---

*Hæc ait, & Majâ [a] genitum demittit ab alto,*
*Vt terræ, utq; novæ pateant Carthaginis arces*
*Hoſpitio Teucris: ne [b] fati neſcia Dido*
*Finibus arceret. Volat ille per aëra magnum*
*[c] Remigio alarum, ac Libyæ citus aſtitit oris:*
*Et jam juſſa facit. Ponuntq; ferocia Pœni*
*Corda, [d] volente Deo: inprimis Regina quietum*
*Accipit in Teucros animum, mentemq; benignam,*

a) Mercurium.

b) Voluntatis divinæ Jovis.

c) Talaribus.

d) Jove vel Mercurio, qui Punicæ genti præeſt.

*At*

# TAB. XIII.

**Romanorum Fata**

- 1. Indefinita, ſunt
  - 1. Imperii perennatio, per expolitionis ἄρσιν & θέσιν.
  - 2. Iunonis reconciliatio, per contentionem, ab effectis contrariis, quæ
    - 1. nunc irata fatigat mare, terras, cælum.
    - 2. olim placata
      - 1. mutabit conſilia.
      - 2. amabit Romanos per expolit. ab
        - 1. effectu, dominio.
        - 2. adjũcto, toga.
  - 3. Græcorum retaliatio,
    - 1. ab adjuncto
      - 1. Deorum placito.
      - 2. tempore futuro.
    - 2. ab efficiente, quæ domus Aſſaraci, i. e. poſteri Æneæ.
    - 3. ab objecto, quod ſunt urbes Græciæ, Phtia, Mycenæ, Argi.
    - 4. à forma, victi prementur ſervitio & imperio.
- 2. Definita, Julii Cæſaris, mũdi domitoris, ſunt
  - 1. naſcentis nobilitas, 1. à Trojana gēte. 2. à nominis Iulii origine.
  - 2. viventis majeſtas,
    - 1. ab imperii amplitudine.
    - 2. à famæ celſitudine.
    - 3. à ſpoliorum Orientalium multitudine.
  - 3. morientis felicitas, quâ ſit
    - 1. in cælum tandem recipiendus.
    - 2. votis vocandus.
  - 4. ſubſecutura temporum tranquillitas, à
    - 1. Bellorum ſedatione.
    - 2. Religionis & juſtitiæ ſanctione, cujus cauſæ
      - 1. Fides. 2. Veſta. 3. Romul' & Rem'.
    - 3. Pacis reſtitutione,
      - 1. ab adjuncto ſigno, clauſione Iani.
      - 2. ab effecto p Proſopopœiam Belli
        - 1. incluſi ſuper arma ſedentis.
        - 2. catenis vincti.
        - 3. ore cruento frementis.

**Legatio Jovis deſcribitur**

- 1. à cauſa adminiſtra, Mercurio Majæ filio.
- 2. à fine, ut
  - 1. Trojanis hoſpitium Carthaginis præparetur.
  - 2. Didonis Reginæ benignitas concilietur.
- 3. à forma exequendi, nuntius
  - 1. volat per aërem remigio alarum.
  - 2. adſtat ſubitò oris Libyæ.
  - 3. parat juſſa.
- 4. ab effecto
  - 1. indefinito, omnium Carthaginenſium emollitione, à cauſa.
  - 2. definito, Didonis benigna affectione per expolitionem.

[a] *At pius Æneas per noctem plurima volvens,*
*Ut primùm lux alma data eſt, exire locosq;*
*Explorare novos, quas vento acceſſerit oras:*
*Qui teneant (nam inculta videt) homines né, feræné?*
*Quærere conſtituit, ſociisq; [b] exacta referre?*
[c] *Claſſem in [d] convexo nemorum, ſub rupe cavatâ,*
[e] *Arboribus clauſam circum, atq; [f] horrentibus umbris*
*Occulit: ipſe [g] uno graditur [h] comitatus [i] Achate,*
*Bina manu lato [k] criſpans haſtilia ferro.*
*Cui mater mediâ ſeſe tulit obvia ſilvâ;*
*Virginis os habitumq; gerens, & virginis arma*
[l] *Spartanæ: vel qualis equos [m] Threïſſa fatigat*
[n] *Harpalice, volucremq; fugâ prævertitur [o] Hebrum.*
*Namq; humeris de more [p] habilem ſuſpenderat arcum*
*Venatrix, dederatq; [q] comam [r] diffundere ventis:*
*Nuda [ſ] genu, [t] nodoq; [u] ſinûs collecta fluentes.*
*Ac prior; Heus, inquit, [x] juvenes, monſtrate mearum*
*Vidiſtis ſi quam hîc [y] errantem fortè ſororum,*
*Succinctam pharetrâ, & [z] maculoſæ tegmine lyncis,*
*Aut ſpumantis apri curſum clamore prementem.*
*Sic [a] Venus. At [b] Veneris contrà ſic [c] filius orſus:*
*Nulla tuarum audita mihi, neq; viſa ſororum.*
*O quam te memorem virgo? namq;* haud tibi vultus
Mortalis, nec vox hominum ſonat. *O Dea certè!*
*An Phœbi [d] ſoror, an nympharum ſanguinis una?*
Sis [e] felix noſtrumq; leves, [f] quæcunq; laborem.
*Et quo ſub [g] cœlo tandem, quibus orbis in oris,*
*Iactemur, doceas. Ignari hominumq; [h] locorumq;*
*Erramus, vento huc vaſtis & fluctibus acti.*
Multa tibi ante aras noſtrâ cadet [i] hoſtia dextrâ.

a) Redit Poëta ad hiſtoriam Æneæ. b) Exquiſita, explorata; vel exactè per Antimeriam. c) Septem naves reliquas, vel claſſis reliquias. d) In loco convexo, quaſi ex nemore facto; nam ſylvis ſcena coruſcis deſuper imminebat, ut ſupra. e) Arborum umbris. ἓν διὰ δυοῖν. f) Horrorem incutientibus. Metonymia. g) Solo. h) Deponens hoc verbum à Poëtis modò activè, modò paſſivè ſumitur. i) Ellipſis *Ab*. k) Quaſſans, vibrans, verſans. l) Laconicæ vel Lacænæ. Virgines enim ſpartanæ ex inſtituto Lycurgi venationibus, curſu, lucta, palæſtra, aliisq; exercebantur: hinc in Laconia mons eſt dictus Parthenias, quòd in eo virgines venari conſueverint. m) Thracia. n) Quæ Getas equites perniciſſimo aſſecuta curſu patrem ab iis captum in libertatem aſſeruit. o) Fluvium Thraciæ, quem in Schemate Geopraph videbis. p) *Aptum* viribꝰ ſuis & ſexui. q) Incomptam. r) Metaphora. ſ) Synecdoche. t) Succincta venantium more, quò expeditior eſſet ad curſum. u) Veſtis ſuæ ſcilicet, cujus ſinus per Metaphorā dicuntur fluere & colligi. x) Juvenes vocat tanquam virtute præditos, quæ nunquam ſeneſcit; vel quia *Auguſto* abblanditur, qui & ipſe juvenis dicebatur ab Horatio, & alibi à Virgilio. y) Vagantem & feras inveſtigantem. z) Variegatæ lyncis à ſe interfectæ ſpoliis indutā.

*a*) Ellipſis verbi *b*) Polyptoton, *c*) Periphraſis Æneæ. *d*) Aut es Diana, aut aliqua Nympha. *e*) Propitia. *f*) Quæcunq; etiam ſis, ſive Diana, ſive Nympha; alterutram enim te eſſe, coniicere licet ex arcu, pharetra, habitu. *g*) Sub qua cœli parte, vel mundi plaga, vel in qua regione. *i*) Hypermeter. *k*) Numini tuo debitam ſolvemus hoſtiam.

## TAB. XIV.

**Conſilia Veneris cum Ænea conſtant**

- 1. Occaſione, quæ eſt
  - 1. Æneæ exploratio, cujus not.
    - 1. Conſultatio
      - 1. ab adjuncto tempore ꝑ noctem, qua meditatus eſt plurima.
      - 2. ab objectis, conſtituit
        - 1. prima luce exire.
        - 2. loca explorare.
        - 3. incolas indagare.
        - 4. ſociis renunciare.
    - 2. Præparatio; claſſem condit in portu, qui deſcrib.
      - 1. à ſubjectis
        - 1. nemore convexo.
        - 2. rupe cavata.
      - 2. ab adjunctis
        - 1. arboribus.
        - 2. umbris.
    - 3. Executio, ſcil. progreſſus, ab adjuncto
      - 1. Achatis comitatu.
      - 2. armorum habitu.
  - 2. Veneris ſimulatæ
    - 1. Obviatio,
      - 1. à ſubjecto loco, in media ſylva.
      - 2. ab adjuncto
        - 1. habitu Spartanæ virginis.
        - 2. ſtudio venãdi per comparat.
          - 1. Protaſin, de Harpalice
            - 1. equos fatigante.
            - 2. Hebrũ prævertente.
          - 2. Apodoſin, de
            - 1. arcu ſuſpenſo.
            - 2. coma diffuſa.
            - 3. veſte collecta.
    - 2. Quæſtio, cujq. not.
      - 1 Forma conſtans
        - 1. Exordio, quo captat benevolentiam à perſona AEneæ & Achatæ.
        - 2. Propoſitione petitoria: monſtrate ſororem.
        - 3. Confirmatione, qua deſcribit ſororem
          - 1. ab habitu ſuccinctam
            - 1. pharetra.
            - 2. pelle Lyncis.
          - 2. à ſtudio venandi.
      - 2. Effectus Æneæ negativa, per
        - 1 Tranſitionem & periphraſin AEneæ.
        - 2. Diſtributionem ſenſuum, nec audivi nec ridi.
  - 3. Æneæ reciproca per ō-ratio, cujus
    - 1. Exordium captat benevolentiam à perſonæ dignitate, per conjecturæ
      - 1. antecedens, ex divina
        - 1 facie.
        - 2. voce.
      - 2. conſeqũes, aut es Dea
        - 1. Diana.
        - 2. Nympharum una.
    - 2. Propoſitio petit
      - 1. labores levari.
      - 2. locorum conditionem monſtrari.
    - 3. Confirmatio movet affectum commiſerationis, quod eſſent
      - 1 locorum & hominum ignari.
      - 2. ventis & fluctibus acti.
    - 4. Concluſio promittit gratam remunerationem.
- 2. Forma, ſeu Communicatione. } vid ſeqq.
- 3. Effectu, ſive Executione. } vid ſeqq.

*Tunc[c] Venus:* Haud equidē[b] tali me dignor[c] hono- (re.
*Virginibus Tyriis[d] mos eſt geſtare pharetram*
*Purpureoq́;[e] altè[f] ſuras vincire[g] cothurno.*
[h] *Punica regna vides,* [i] *Tyrios, &* [k] *Agenoris urbem:*
*Sed fines* [l] *Libyci, genus* [m] *intractabile bello.*
*Imperium Dido Tyriâ regit urbe profecta,*
[n] *Germanum fugiens.* Longa eſt injuria, longæ
Ambages: ſed ſumma ſequar [o] faſtigia rerum.
*Huic conjux* [p] *Sichæus erat,* [q] *ditiſſimus agri*
*Phœnicum, & magno miſeræ dilectus amore:*
*Cui* [r] *pater* [ſ] *intactam dederat, primisq́; jugârat*
[t] *Ominibus: ſed* [u] *regna Tyri germanus habebat*
*Pygmalion,* ſcelere [x] ante alios immanior omnes.
*Quos* [y] *inter* [z] *medius venit furor: ille Sichæum*
[a] *Impius ante* [b] *aras, atq́; auri cæcus amore,*
*Clàm ferro incautum ſuperat,* [c] *ſecurus amorum*
*Germanæ,* [d] *factumq́; diu celavit: &* [e] *ægram*
*(Multa* [f] *malus ſimulans)* [g] *vanâ ſpe* [h] *luſit amantem.*
*Ipſa ſed in ſomnis* [i] *inhumati venit imago*
*Conjugis: ora modis attollens pallida miris.*
[k] *Crudeles aras, trajectaq́; pectora ferro*
*Nudavit:* [l] *cæcumq́; domûs ſcelus omne retexit.*
*Tum celerare fugam, patriâq́; excedere ſuadet:*
[m] *Auxiliumq́; viæ, veteres* [n] *tellure recludit*
*Theſauros, ignotum argenti pondus & auri.*
*His commota fugam Dido ſociosq́; parabat.*
[o] *Conveniunt, quibus aut odium* [p] *crudele tyranni,*
*Aut* [q] *metus acer erat. Naves quæ fortè* [r] *paratæ*
*Corripiunt, onerantq́; auro: portantur* [ſ] *avari*
*Pygmalionis opes pelago:* [t] dux fœmina facti.
*Devenêre locos, ubi nunc* [u] *ingentia cernes*
*Mœnia,* [x] *ſurgentemq́; novæ Carthaginis arcem:*

a) Ellipſis verbi. b) Diis Deabusq́; debito ſolis. c) Ut ſupplex ante aras mactatis hoſtiis mihi ſacrifices. d) Ut ego geſto. Neque enim Dea ſum, ſed virgo Tyria. e) Usque ad genua. f) Synecd. pro cruribus & ſuris, & quicquid ſub genu eſt. g) Calceo utrique pedi congruo; hinc adagium: cothurno verſatilior; Pœnis dignū, vel Punica fide. h) Quæ incolūt Pœni. i) Tyro profecti. k) Regis Phœniciæ, qui Tyri regnabat. l) Ipſa verò regio eſt pars Libyæ. m) Inſuperabile. n) Pygmalionem. o) Metaph. p) Simul avunculus, Herculis Sacerdos. q) Hujus opes deſcribit Juſtinus. r) Belus. ſ) Virginem. t) Auſpiciis conjugio neceſſariis. a) Populus enim Pygmalioni admodùm puero regnum tradiderat. x) Sceleſtiſſimus, immaniſſimus. y) Anaſtrophe. z) Manifeſtus. a) Erga parentis judicium, ſororem, hujusq́; maritum, ante aras. b) Herculis, cuj9 erat ſacerdos. c) Non reſpiciens vel miſeratus amorem ſororis. d) Cædem Sichæi. e) Scil. animo, ſollicitam, triſtem. f) πανοῦργος. g) Reditûs; perſuaſerat enim Didoni maritum ſupereſſe, ſed foris eſſe, vel peregrè. h) Ludificatus eſt. i) Ut Arcadis illius imago venit ſocio, apud Valer. Max. k) Metonym. adjuncti. Per ſe quidem pias, ſed ante quas crudeliter interfectus eſt Sichæus. l) Celatum, occultum, quod domi patratum. m) Viaticum. n) Cui theſauros crediderat Sichæ9, metu regis. Juſtin. o) Socii Didonis, ſubditi Pygmalionis. p) Crudelis Tyranni. Enallage. q) Opinio impendentis mali. r) Ad ſublevandam annonam frumentariam. ſ) Quas ille putabat ſuas. t) Noëma. u) Viginti tria paſſuum millia in circuitu habentia. x) Nondū perfectam.

Mer-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356827-p0038-8

# TAB. XV.

- Conſiliorum Forma ſ. communicatio conſtat
  - 1. Veneris informatione, cujus
    - 1. Exordium captat benevolentiam à perſonæ ſuæ diſſimulatione, ubi
      - 1. Protaſis: non ego dea ſum, nec digna honore divino.
      - 2. Ætiologia, à conſuetudine virginum Tyriarum, quæ ſolent
        - 1. geſtare pharetram.
        - 2. ſuras vincire cothurno.
    - 2. Propoſitio reſpondet interrogatis, quod videat
      - 1. in genere,
        - 1. regna Punica. 2 populos à Tyro profectos. 3. urbem Carthaginẽ. 4. fines Libyæ 5. populum bellicoſum. (not.
      - 2. in ſpecie, imperium Didonis, quæ deſcribitur
        - 1 à ſubjecto termino à quo, Tyro profecta.
        - 2 ab impulſiva, Germanum fugiens.
        - 3 ab adjuncta injuriæ
          - 1 illatæ gravitate.
          - 2. narrandæ brevitate.
    - 3. Confirmatio narrat fugæ Didonis
      - 1. Cauſam, Fratricidium, cujus
        - 1. Perpetratio exaggeratur
          - 1. ab objecto Sichæo qui deſcribitur
            - 1. fortuna ſeu opibus.
            - 2. à conjugis 1 amore. 2. illibata virginitate.
            - 3. à ſoceri deſponſantis pietate.
          - 2. ab efficiente Pygmalione, qui deſcribitur
            - 1. à regno Tyri.
            - 2. à relatione, Didonis Germanus.
            - 3 ab adjuncto 1. ſcelere. 2 furore.
          - 3. ab impulſiva, 1. impietate, qua etiam non pepercit aris. 2. avaritia.
        - 2. Occultatio
          - 1. diuturna,
          - 2. verſuta, qua
            - 1 ſimulavit multas abſentiæ rationes.
            - 2. vana ſpe lactavit ſororem.
        - 3. Manifeſtatio, cujus
          - 1. efficiens eſt imago conjugis in ſomnis apparens.
          - 2 Forma,
            - 1. faciem pallidam mirè attollebat.
            - 2. locum & vulnus monſtrabat.
            - 3. totum facinus retegebat.
          - 3. Finis, ut
            - 1 ſuaderet fugam
            - 2 aperiret theſauros
              - 1 à ſubjecto loco, terra conditos.
              - 2. à materia, auri & argenti.
      - 2. Actum
        - 1. ab adjunctis ſociis. 2. ab impulſiva, Tyranni 1 odio. 2. metu.
        - 3. ab inſtrumentali, navibus 1. paratis. 2. onuſtis auro.
        - 4. à ſubjecto pelago, per Ironiam & eluſionem Pygmalionis.
        - 5. à cauſa principali, per Epiphonema.
      - 3. Eventum, qui eſt
        - 1 adventus ad locum, ubi poſtea Carthaginis viſa 1. mœnia. 2. arx.
        - 2. emptio ſoli ad condendam urbem
          - 1 à nomine Byrſam.
          - 2. à ſpatio. tergoris taurini.
    - 4. Clauſula conſtat tranſitione per mutuam interrogationem
      - 1. qui ſint. 2. unde veniant.
      - 3. quo tendant?
  - 2. Æneæ conquerulatione.
  - 3. Veneris exhortatione.
    - (2. and 3.:) vid. ſeqq.

*Mercatiq; ſolum, facti de nomine* [y] *Byrſam,*
*Taurino quantum poſſent circundare* [z] *tergo.*
Sed vos qui tandem? quibus aut veniſtis ab oris?
Quóve tenetis iter? — —

y) Corium, Joſephus Scaliger vult tranſpoſitione Græca dici בצר, arx, turris, locus munitus. Sic Carthago à Charta nomen habet.

z) Tergore, quo in tenuiſſimas partas diſſecto, majus ſpatium occupaverat, quàm petiverat.

---

— — *Quærenti, talibus* [a] *ille*
*Suſpirans, imoq; trahens à pectore vocem:*
*O dea,* [b] ſi primâ repetens ab origine pergam,
Et [c] vacet [d] annales noſtrorum audire laborum;
Antè diem clauſo [e] componet veſper olympo,
*Nos Trojâ* [f] *antiquâ (ſi veſtras fortè per aures*
*Trojæ nomen iit) diverſa per æquora vectos,*
[g] *Forte ſuâ Libycis tempeſtas appulit oris.*
Sum pius Æneas, raptos qui ex hoſte penates
Claſſe veho mecum: famâ ſuper æthera notus.
[h] Italiã quæro: [i] patriam, & genus ab Jove ſummo.
*Bis denis Phrygium* [k] *conſcendi navibus æquor,*
*Matre* [l] *deâ monſtrante viam,* [m] *data fata ſequutus:*
*Vix ſeptem convulſæ undis,* [n] *Euroq; ſuperſunt.*
[o] *Ipſe ignotus, egens, Libyæ deſerta peragro,*
Europâ atq; Aſia [p] pulſus. *Nec plura querentem*
*Paſſa Venus, medio ſic interfata dolore eſt:*

*Quis-*

a) Ellipſis verbi, Reſpondit, ut melius exprimeret pathos in verſu ſequenti,

b) Ab ultima memoria raptæ Helenæ.

c) Si otium tibi ſit.

d) Relationem. Annales propriè fuerunt tabulæ, in quas ſingulorum annorũ res geſtæ referebantur à Pontifice Maximo.

e) Componat. Quod plus videtur habere venuſtatis & vetuſtatis. Senſus eſt: Si tibi vacet audire noſtras calamitates, futurum eſt, ut veſpera finiat diẽ clauſo cœlo, quod noctu occluditur. Sed & Metaph. videtur hic eſſe, qua de die loquitur, ut de mortuo; mortui enim dicuntur componi.

f) In qua plus 280. annis regnatũ eſt; vel reſpectu Carthaginis jam ſurgentis, ut quæ longo ſatis tempore, poſt everſam Trojam, condita fuerat: verùm eſt Hiſtoricis lis magna hîc, atque Poëtis.

g) Caſu ſuo.

h) E Coryto Thuſciæ vel Hetturiæ urbe ortus eſt Dardanus.

i) Duplicem appoſitionem conſtituit; Patriam ab Jove, propter Oraculum. Genus ab Jove, propter Dardanum.

k) Mare terrâ altius rectè dicitur conſcendi.

l) Venere, vel ejus ſtella ſemper viſa.

m) Proditionis ſuſpicionem removet, fugam fatis adſcribendo.

n) Eurum inter Orientis ſtationem & Septentrionem verſantem habuerunt in Africam ſecundum, in Italiam navigaturi contrarium.

o) Pathos in ſingulis verbis.

p) Et ſic in Africam compulſus, quæ tertia orbis pars.

*Æneæ conquerulatio conſtat*

- *1. Antecedenti ſuſpirio, per expolitionem.*
- *2. Forma, cujus*
  - *1. Exordium captat attentionem, à prolixitate narrationis, & hyperbolica exaggeratione laborum,*
    - *1 ab originis altitudine.*
    - *2. ab annalium ſimilitudine.*
    - *3. à ſpatii diurni neceſſitudine.*
  - *2. Propoſitio reſpondet triplici quæſtiõi,*
    - *1. Quis itineris ſui terminus*
      - *1. à quo, Troja,*
        - *1. ab antiquitate.*
        - *2. à celebritate, per emphaticam parentheſin.*
      - *2. per quem, diverſa per æquora.*
      - *3. ad quem, ad oras Libycas vi conjectus.*
    - *2. Quæ ſua ſit perſona,*
      - *1. à nomine.*
      - *2. à pıetate, ex cura penatum.*
      - *3. famæ celebritate.*
    - *3. Quò tendat, nimirum quærere ſe dicit*
      - *1. Patriam, Italiam.*
      - *2 Genus antiquum à Iove.*
  - *3. Confirmatio querelæ, ſive amplificatio laborum deſumitur*
    - *1. à numero navium vicenario.*
    - *2. à ſubjecto mari Phrygio.*
    - *3. à cauſa adjuvante, Venere monſtrante viam.*
    - *4. ab impulſiva, Fatorum inſtinctu.*
    - *5. ab eventu triſti, ſcil. naufragio, quo credebat periiſſe ıredecim naves.*
    - *6. ab errore,*
      - *1. ab adjunctis, ignotus & egenus erro.*
      - *2. à ſubjectis, per deſerta Libyæ.*
    - *7. ab exilio, quo ſit pulſus Europa atq; Aſia.*
- *3. Conſequenti Veneris inerloquio, quo Æneam*
  - *1. non eſt paſſa plura queri.*
  - *2. ſed in medio dolore interpellavit.*

[a] *Quisquis es, haud (credo) in viſꝰ cæleſtibꝰ auras*
*Vitales carpis, Tyriam qui adveneris urbem.*
*Perge modò, atq́; hinc te Reginæ ad limina perfer.*
*Namq́; tibi [b] reduces ſocios, [c] claſſemq́; relatam*
*Nuntio, & in tutum [d] verſis aquilonibus actam:*
*Ni fruſtra augurium [e] vani docuêre parentes.*
*Aſpice [f] bis ſenos lætantes [g] agmine [h] cygnos,*
*Æthereâ quos lapſa plagâ [i] Iovis ales [k] aperto*
[l] *Turbabat cælo: nunc terras ordine longo*
*Aut [m] capere, aut captas jam deſpectare videntur.*
*Ut [n] reduces illi ludunt ſtridentibus alis,*
*Et cœtu cinxêre [o] polum, cantusq́; dedêre:*
*Haud aliter puppesq́; tuæ, [p] pubesq́; tuorum*
*Aut portum tenet, aut pleno ſubit oſtia velo.*
Pergè modo: &, quà te ducit via, dirige greſſum.
*Dixit: & [q] avertens roſeâ cervice revulſit,*
[r] *Ambroſiæq́; comæ divinum vertice odorem*
*Spiravêre: pedes [s] veſtis defluxit ad imos,*
*Et vera [t] inceſſu patuit dea. [u] Ille, ubi matrem*
*Agnovit, tali fugientem eſt voce ſequutus:*
*Quid natum toties [x] crudelis [y] tu quoq́; falſis*
*Ludis [z] imaginibus* cur [u] dextræ jungere dextram
Non datur? ac veras audire & reddere voces?
*Talibus incuſat, greſſumq́; ad mœnia tendit.*
*At Venus obſcuro [b] gradientes [c] aëre [d] ſepſit,*
*Et multo nebulæ circum dea [e] fudit amictu:*
*Cernere ne quis eos, neu quis contingere poſſet,*
[f] *Moliriv é moram, aut veniendi poſcere cauſas.*
*Ipſa [g] Paphum ſublimis abit, ſedesq́; reviſit*
[h] *Læta ſuas: ubi templum illi, [i] centumq́; [k] Sabæo*
[l] *Thure calent aræ, ſertisq́; recentibus halant.*

a) Ita obvios ſibi ignotos compellabant. b) Incolumes, ſalvos, qui pericula jam evaſerint.
c) Duodecim navium. d) Poſitis, ſecundis, converſis, qui ſupra fuerant adverſi. e) Hypall. pro Augurium vanum, mendax.
f) *A*uſpicata omnia, numerus, volatus, cantus avium. g) Gregatim volantes. h) Cygnos navibus, aquilam tempeſtati comparat; eſtque cygnus nautis augurium feliciſſimum. i) *A*quila.
k) Sereno. l) Turbaverat, diſperſerat. m) Deſignare, eligere.
n) Superato periculo lætantur.
o) Cœlum. Synecd. p) *A*gnominatio vel Paranomaſia, Synecd. & Metonym. in Puppes & Pubes.
q) Seſe, vel diſcedens. r) *A*mbroſia illitæ, vel immortales, divinæ. Deos enim credebant ſuaviſſimũ ſpirare odorem. ſ) Priùs ſuccincta, vel cujus ſinus nodo collecti.
t) Deorum quippe inceſſus eſt continuus & æqualis, non dimotis pedibus, neque tranſpoſitis.
u) Ob diſtinctionem ſequentem non ſentitur hiatus, & mirificè aſſurgit verſus ex pedis quinti eliſione; unde carmini non parva videtur accedere Majeſtas.
x) Ex conſuetudine magis, quàm ex animo loquitur.
y) Non ſecus ac Juno, cæteraque adverſa numina.
z) Figuris, formis, ſimulacris.
*a*) Conventu mutuoque colloquio frui. *b*) *Æ*neam & *A*chatem progredientes. *c*) Nebula.
*d*) Metaphora. *e*) Tmeſis.
*f*) Facere, creare. *g*) Urbem Cypri, quam videbis in charta Geographica, ad Orientem.
*h*) Quòd incolumem vidit filium.
*i*) Synecdoche numeri, & Auxeſis. *k*) *A*rabico. Sabæi *A*rabiæ felicis populi.
*l*) Thure & floribus tantùm ſacra fiebant Veneri, non hoſtiarum ſanguine.

Cor-

**Veneris exhortatio conſtat**

- 1. Forma, cujus
  - 1. Exordium captat benevolentiã à perſona Æneæ, à diſparatis, quod
    - 1. nihilominus ſit ſuperis charus.
    - 2. quãvis ſit calamitoſus, inq́; Libyam conjectus.
  - 2. Propoſitio exhortatur, ut rectà Didonis hoſpitium petat.
  - 3. Ratio ab utili, futurum, ut offendat
    - 1. ſocios reduces.
    - 2. claſſem ſalvam per expolitionem.
  - 4. Rationis approbatio ab augurandi arte, quam non fruſtrà didicerit à parentibus.
  - 5. Expolitio, ab augurio præſenti, cujus
    - 1. Objectum ſignum ſunt cygni,
      - 1. à numero duodenario.
      - 2. ab adjuncta lætitia.
      - 3. à fortuna
        - 1. adverſa, qua perſecutionē paſſi ab aquila, inq́; aëre turbati.
        - 2. ſecũda, qua in ordinem redacti terram
          - 1. aut captent.
          - 2. aut captã deſpiciant.
    - 2. Effectum ſignatũ, per
      - 1. Protaſin, ubi cygni
        - 1. reduces ludunt alis.
        - 2. cœtu cinxere cœlum.
        - 3. dederunt cantum.
      - 2. Apodoſin, ſic
        - 1. naves & ſocii tui.
        - 2. aut portum tenẽt, aut ſubeunt oſtia.
  - 6. Clauſula exhortatur ad ſuſcepti itineris continuationem.
- 2. Adjuncta manifeſtatione,
  - 1. à forma, qua prodidit ſe Deam divino
    - 1. cervicis fulgore.
    - 2. comarum odore.
    - 3. veſtitus decore.
    - 4. inceſſus tenore.
  - 2. ab effecto, quo Æneas
    - 1. agnovit matrem Venerem.
    - 2. inſecutus eſt fugientem.
    - 3. incuſavit eam dictis, quòd mater filium
      - 1. ludat ſimulata ſpecie.
      - 2. dedignetur ſuo
        - 1. contactu.
        - 2. colloquio.
    - 4. greſſum ad mœnia tendit.
- 3. Conſequenti eventu, quo Venus
  - 1. Æneam cũ Achate obnubit, ubi cauſa
    - 1. inſtrumentalis p expolitionem
      - 1. nube ſepſit.
      - 2. nebula circumfudit.
    - 2. finalis, ne quis eos
      - 1. cerneret.
      - 2. contingeret.
      - 3. retardaret.
      - 4. explorare.
  - 2. Sedem ſuam repetit
    - 1. à nomine, Paphus civitas Cypri.
    - 2. à templo.
    - 3. ab aris, quæ
      - 1. calent thure.
      - 2. halant ſertis.

*Corripuere viam interea, quà ſemita monſtrat.*
*Iamq; aſcendebant collem, qui [a] plurimus urbi*
*Imminet, adverſasq; aſpectat [b] deſuper arces.*
*Miratur molem Æneas, [c] magalia quondam:*
*Miratur portas, ſtrepitumq;, & ſtrata [d] viarum.*
*Inſtant ardentes Tyrii: [e] pars [f] ducere muros,*
[g] *Molirіq; arcem, & manibus [h] ſubvolvere ſaxa:*
*Pars [i] optare locum tecto, & concludere [k] ſulco.*
[l] *Iura, magiſtratusq; legunt, [m] ſanctumq; ſenatum.*
*Hic [n] portus alii effodiunt: hic [o] alta theatris*
*Fundamenta locant alii, immanesq; columnas*
*Rupibus excidunt, [p] ſcenis decora alta futuris.*
Qualis [q] apes æſtate nova, per florea rura,
[r] Exercet ſub ſole labor, cum gentis adultos
Educunt fœtus, aut cum [ſ] liquentia mella
Stipant, & [t] dulci diſtentant nectare cellas:
Aut onera accipiũt veniẽtũ; aut agmine facto,
Ignavum fucos [u] pecus à præſepibus arcent:
[x] Fervet opus, redoletq; thymo fragrantia mella.
*O [y] fortunati, quorum jam mœnia [z] ſurgunt,*
*Æneas ait, & faſtigia ſuſpicit urbis.*
*Infert ſe ſeptus nebula (mirabile dictu)*
*Per medios, [a] miſcetq; viris, neq; cernitur ulli.*
[b] *Lucus in urbe fuit media, [c] lætiſſimus umbra:*
*Quo primum jactati undis, & [d] turbine Pœni*
*Effodere loco [e] ſignum, quod regia Iuno*
*Monſtrarat, [f] caput acris equi: ſic nam fore bello*
*Egregiam, & facilem [g] victu per ſecula gentem.*
*Hic templum Iunoni ingens [h] Sidonia Dido*
*Condebat, donis opulentum, & [i] numine Divæ:*
*Ærea cui gradibus ſurgebant limina, [k] nexæq;*
*Ære trabes: foribus cardo ſtridebat ahenis.*

a) Paſſuum 3000. longitudine, vel altus tria milliaria. b) Supernè. c) Barbarolexis & Antiſtœchon, pro Magaria, vel Mapalia, ut lib. 3. Georg. d) Vias lapidibus conſtratas. e) Anaph. f) Enall. pro Ducebant. g) Molibus jactis extollere. h) Magnam habet energiam hæc vox, ſignificans Tyriorum ſtudium ardens, adeò ut manibus ſuis, nedum machinis, ſubvolverent ſaxa. i) Deſignare, quaſi ab ὀπτῶ, conſidero. k) Foſſa. l) Forum, & locum juri dicundo. Metonym. adjuncti pro ſubjecto; ſic enim jubent hoc intelligi priora. m) Auguſtus inſtituit, ut illi Deo ſacrificaretur, cujus in templo Senatus haberetur. n) Propter mercimonia. Semper autem claſſe valuit Carthago. o) Hinc futura magnitudo cognoſci poterat. p) Sic quidem in extuctione Carthaginis ratio habebatur ſcenarum & theatri. q) Apum labores jisdẽ propè verſibus vide l. 3. Georg. r) Enall. pro Exercentur labore. ſ) Sive ſordibus, liquida, defecata, depurata. t) Liquido, puro. u) Pecus dicimus, quicquid humana lingua atque effigie caret. x) Metaph. y) Ex aliena felicitate ſuam metitur calamitatem. z) Metaphora, pro Extruuntur.

a) Enall. generis; miſcetur, vel miſcet ſe. b) Adjicietur mox templum. Nullum enim veteribus templum erat ſine luco, ut majorem religionem incuteret horror loci. c) Amœniſſimus Metaph. vel Metonymia, quia amœnitas lætos facit, vel lætificat. d) Ventorum ſcil. e) Portentum. Synecd. generis, f) Equi conſpectum belli omen habere, oſtenditur l. 3. Æneid. ab Anchiſa. Carthago olim Caccabe dicta, linguâ Punicâ caput equinum. g) Victoriis, vel ad vincendum, ſignificatio-

Hoc

Conſiliorum Effectus, ſeu Executio eſt Æneæ

- 1. Hodœporia, quæ conſtat
  - 1. Pragmatologia
    - 1. Communi Æneæ & Achati,
      - 1. viæ proxima ingreſſio.
      - 2. collis conſcenſio, ab
        - 1 adjuncta altitudine.
        - 2. uſu, quo Carthago poterat ſpectari.
    - 2. Æneæ propria.
      - 1 Admiratio, cujus objectum eſt
        - 1. urbis magnificentia, quæ amplificatur per
          - 1. Contentionem, 1. nunc moles. 2. olim magalia.
          - 2. congeriem,
            - 1. portæ 2. ſtrepitus.
            - 3. lithoſtrota.
        - 2. civium induſtriâ, per
          - 1. Aſſumptionem generis: inſtant ardentes.
          - 2 Diſtributionem, quoad Reip.
            - 1. munimenta,
              - 1. muri. 2. arx. 3. ſaxa.
              - 4. domorum loca.
            - 2 adjumenta, jura, Magiſtratus, Senatus.
            - 3. emolumenta portus ad commercia idonei.
            - 4. ornamenta theatri
              - 1 fundamenta. 2. columnæ.
              - 3. umbracula.
          - 3. Comparationem, ab induſtria apum,
            - 1. ab adjuncto tempore æſtivo.
            - 2. à ſubjecto rure florigero.
            - 3. ab effecto,
              - 1. fœtus eductione.
              - 2. mellificio, à forma,
                - 1. mella ſtipant.
                - 2. cellas diſtendunt.
                - 3 onera excipiunt.
                - 4. fucos abigunt.
                - 5. fervidè laborant.
                - 6. mella redolent thymo.
      - 2 Exclamatio,
        - 1. de Tyriorum felicitate.
        - 2. ex aſpecta urbis ſublimitate.
      - 3. Penetratio mirabilis, intrat urbem,
        - 1. ſeptus nebula.
        - 2. viſus à nemine.
  - 2. Topographia,
    - 1. Luci,
      - 1 à ſitu, in urbe media.
      - 2. ab amœnitate umbræ.
      - 3. memorabili omine, cujus
        - 1. ratio deſcribitur,
          - 1. invenientibus Pœnis.
          - 2. monſtrante Dea Iunone.
          - 3. mediante capite equino.
        - 2. interpretatio: fore urbem bellicoſam & locupletem.
    - 2. Templi, ſecundum
      - 1. totum, à magnitudine, religione, efficiente principali.
      - 2. partes, à materia, æreis
        - 1. gradibus.
        - 2. trabibus.
        - 3. foribus.
- 2. Theoria, vid. ſeq.

cation e activa, ſed coacta, & quæ exemplo caret; tutius ergo fuerit: facili & parabili victu contentam. Ut Seneca 90. Epiſt. h) Tyria, a Sidone Tyro contermina, quæ urbs prima metalla fodit. vide tabell. Geogr. ad Orientem. i) Numinis ſimulacro. k) Hypermeter.

---

*Hoc* [a] *primùm in luco nova res oblata timorem*
*Lenit: hic primùm Æneas ſperare ſalutem*
[b] *Auſus, & afflictis meliùs confidere rebus.*
*Namq; ſub ingenti luſtrat dum ſingula templo,*
*Reginam opperiens: dum quæ* [c] *fortuna ſit urbi,*
*Artificumq; manûs inter ſe, operumq; laborem*
*Miratur: videt Iliacas ex ordine pugnas,*
*Bellaq; jam famâ* [d] *totum vulgata per orbem:*
[e] *Atridas, Priamumq;, &* [f] *ſævum ambobus Achillem.*
*Conſtitit, & lacrymans*: Quis jam locus (*inquit*) Achate,
Quæ regio in terris noſtri non plena laboris?
*En* [g] *Priamus*: ſunt [h] hîc etiam [i] ſua præmia laudi,
Sunt [k] lacrymæ rerum: & [l] mentem [m] mortalia tangunt.
Solve metûs: feret hæc aliquam tibi fama ſalutẽ.
*Sic ait; atq; animum picturâ paſcit* [n] *inani,*
*Multa gemens, largoq; humectat* [o] *flumine vultũ.*

Namq;

a) Prima ſpes ſalutis. Secuta enim alia quoque ſunt, quæ formidinem detraxere.
b) Inter cætera ſalus ſatis audacter ſperatur.
c) Felicitas, opulentia. Dum miratur, quæ in magnifico templo pingebantur, Didonis fugam, caput equi, ſectum corium, varios urbis caſus.
d) Quæ Europa intulit; Aſia paſſa eſt: Africa pinxit.
e) Atrei filios, Agamemnonem & Menelaum. Malunt alii cum Seneca Atriden, quod ſanè contextui aptius videtur; nam quomodo, ſi tres conſtituas, poſtea ſævum ambobus Achillem ſubdit? nec Achilles Menelao ſævus fuit.
f) Agamemnoni, quem voluit occidere, & Priamo Trojanorũ regi; volunt alluſum ad Catonem Cæſari & Pompeio infeſtũ.
g) Priami Fama, vel: Ecce Priamum hîc depictum.
h) Apud fines Libycos.
i) Debita, congrua Virtuti & patriæ fortiter & cum laude propugnatæ, Metonymia effecti pro cauſæ.
k) Hic etiam calamitatum noſtrarum eſt quædam miſeratio.
l) Carthaginenſium.
m) Quæ cuivis accidere poſſunt.
n) Propter rerum ſimulacra duntaxat.
o) Lacrymarum.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356827-p0046-3

- Theoria ſeu contemplatio Æneæ
  - 1. Generalis conſtat
    - 1. Tranſitione, quâ captatur attentio, à rei novitate, quæ Æneæ
      - 1. timorem mitigavit.
      - 2 ſpem auxit, per expoſitionem, à contrariis,
        - 1. ſalute inſtante.
        - 2. afflictiõe ceſſante.
    - 2. Occaſione, quæ eſt
      - 1. Singulorum luſtratio.
      - 2. Reginæ expectatio.
      - 3. Admiratio, ab objecto,
        - 1. Vrbis fortuna.
        - 2. Artificum ſolertia.
        - 3. Laborum frequentia.
    - 3. Objecto, quod eſt Pictura belli Trojani,
      - 1. à forma, ordinis concinnitate.
      - 2. à materia, quæ ſunt prælia Trojana.
      - 3. ab adjuncta celebritate per totum orbem.
      - 4. à ſubjectis principibus,
        - 1. Atridis, Atrei filiis.
        - 2. Priamo.
        - 3. Achille utriſq; infenſo.
    - 4. Effecto, quod exprimitur Æneæ
      - 1. Hypotypoſi
        - 1. conſiſtentis.
        - 2. lachrymantis.
      - 2. Proſopopœia
        - 1. monſtrantis Achatæ
          - 1. Belli celebritatem.
          - 2. Priami majeſtatem.
        - 2. laudantis Tyriorum
          - 1. Iuſtitiam, quâ virtuti ſuæ præmia tribuunt.
          - 2. Sympathiam, quâ Trojanorũ commiſeratiõe ducuntur.
        - 3 ominantis inde ſalutem aliquam.
      - 3. Pathopœia, quæ
        - 1. fruſtra delectatur pictura.
        - 2. multos edit gemitus.
        - 3. vultum humectat lachrymis.
  - 2. Specialis, vid. ſeq.

*Namq́ videbat, uti bellantes [a] Pergama circum*
*Hàc fugerent Graii, [b] premeret [c] Trojana juventus;*
*Hàc Phryges, inſtaret curru criſtatus Achilles.*
*Nec procul hinc [d] Rhæſi [e] niveis tentoria velis*
*Agnoſcit lacrymans: [f] primo quæ [g] prodita ſomno*
*[h] Tydides multâ vaſtabat cæde cruentus:*
*[i] Ardentesq́ avertit equos in caſtra, priusquàm*
*Pabula guſtaſſent Trojæ, [k] Xanthumq́ bibiſſent.*
*Parte aliâ fugiens amiſſis [l] Troilus armis,*
*Infelix [m] puer, atq́ impar [n] congreſſus Achilli,*
*Fertur equis, curruq́ hæret reſupinus [o] inani,*
*Lora tenens tamen: huic cervixq́ [p] comæq́ trahuntur*
*Per terram, & [q] verſâ [r] pulvis [ſ] inſcribitur haſtâ.*
*Interea ad templum [t] non æquæ Palladis ibant*
*Crinibus Iliades [u] paſſis, [x] peplumq́ ferebant,*
*[y] Suppliciter triſtes, & tunſæ [z] pectora palmis.*
*Diva ſolo fixos oculos [a] averſa tenebat.*
*Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros,*
*Exanimumq́ auro corpus [b] vendebat Achilles.*
*Tum verò ingentem gemitum dat pectore ab imo,*
*Vt [c] ſpolia, ut currûs, utq́ ipſum corpus [d] amici,*
*Tendentemq́ manûs Priamum conſpexit inermes.*
*[e] Se quoq́ Principibus [f] permiſtum agnovit Achivis,*
*[g] Eoasq́ acies, & nigri [h] Memnonis arma.*
*Ducit Amazonidum [i] lunatis agmina peltis*
[k] Pentheſilea furens, mediisq; in millibus ardet,
Aurea ſubnectens [m] exſertæ [n] cingula mammæ,
Bellatrix, audetq; viris [o] concurrere virgo.

a) Mœnia Trojæ. b) Inſequeretur, impreſſionem faceret, urgeret fugientes. c) Hector inprimis. d) Thracum regis, qui Trojanis auxilio venit, cum hac oraculi conditione, invictam fore urbem, ſi equi ipſius intra eam pabulum guſtaſſent, & è Xantho bibiſſent, clauſis autem portis, cùm extra urbem caſtra poſuiſſet, à Diomede & Ulyſſe ſpectatum miſſis cæſus eſt cum ſuis, avectiq; equi in caſtra.
e) Albis. f) Prima nocte.
g) A Dolone ſpeculatore Trojano.
h) Diomedes Tydei filius.
i) Candidos & veloces. k) Scamandrum vocat Homerus.
l) Priami ex Hecuba filius.
m) Pathos ab ætate. n) Sed & Achilles à Troilo fertur ita vulneratus, ut aliquot dies pugna abſtinere cogeretur. o) Carente rectore. p) Quia Phryges comam alebant. q) Cuſpide haſtæ retrò converſa. r) Vi cæſuræ brevis producitur. ſ) Exaratur, ſcalpitur, ſulcatur. t) Infenſæ.
u) Solutis, ſparſis, demiſſis.
x) Pallam pictã, à Thæne Antenoris uxore Palladi oblatam.
y) Supplicantium more.
z) Synecdoche.
*a*) Averſata. *b*) Patri Priamo ſupplici. *c*) Hectori ablata.
*d*) Erat n. Hector Æneæ affinis, per Creuſam. *e*) Suam quoque effigiem. *f*) In hoſtium cuneos altiùs immerſum, ſemotum à ſuis, ut lib. 2. Vadimus immiſti Danais. *g*) Orientales.
*h*) Qui ab orientali India veniens Auroræ filius perhibetur.
*i*) Cetris, ſcutis brevibus ſemiplenam Lunam referentibus. *k*) Amazonum Regina, quòd careat altero mamma, quæ μάζος dicitur. *l*) Bellandi cupiditate & rabie quadam, quæ & ſororem Hippolyten interfecerat. *m*) Siniſtræ nudatæ; nam dextra adurebatur, quò expeditiores eſſent arcubus & haſtis in bello tractandis. *n*) Periphraſis Balthei. *o*) Congredi.

*Hæc*

# TAB. XX.

*In Theoria ſpecialis ſunt*

- 1. Partes
  - 1. *bellantes, à ſubjecto loco, circum mœnia Trojæ.*
  - 2. *fugientes*
    - 1. *Græcorum, urgente juventute Trojana.*
    - 2. *Trojanorum, inſtante Achille.*
- 2. Perſonæ *occumbentes:*
  - 1. Rhœſus, *cujus*
    - 1. *Proditio*
      - 1. *à cauſa adjuvante, tentoriis albis.*
      - 2. *ab adjuncto tempore, prima parte noctis.*
    - 2. *Internecio,*
      - 1. *à cauſa efficiente, Diomede.*
      - 2. *ab adjuncta ſuorum clade.*
    - 3. *Equorũ abactio, ab adjuncto*
      - 1. *colore candido.*
      - 2. *tempore, priusquam*
        - 1. *guſtaſſent pabula Trojæ.*
        - 2. *bibiſſent Xanthum.*
  - 2. Troilus, *cujus deſcrib.*
    - 1. *Fuga, amiſſis armis.* 2. *Ætas infelix.*
    - 3. *Imparitas virium contra Achillem.*
    - 4. *Internecio*
      - 1. *à forma, per hypotypoſin,*
        - 1. *pendet è curru reſupinus.*
        - 2. *tenet nihilominus habenas.*
        - 3. *trahitur capite & coma per terram.*
        - 4. *pulvis inverſâ ſulcatur haſtâ.*
      - 2. *ab adjuncta Troadũ Supplicatione,*
        - 1. *à ſubjecto loco, Templo Palladis.*
        - 2. *ab habitu* 1. *crinium.* 2. *pepli.*
        - 3. *à geſtu, contuſione pectorum.*
        - 4. *à contraria Deæ averſione.*
  - 3. Hector, *cujus internecio, amplificatur*
    - 1. *Hypotypoſi, corporis*
      - 1. *circa muros raptati.*
      - 2. *auro venditi ab Achille.*
    - 2. *Pathopœia Æneæ*
      - 1. *ſuſpirantis*
      - 2. *conſpicientis Hectoris*
        - 1. *ſpolia.* 2. *currus.*
        - 3. *corpus.*
      - 3. *agnoſcentis ſui immixtionem inter Græcos.*
- 3. Copiæ *auxiliares, vel*
  - 1. *orientales.*
  - 2. *meridionales* Memnonis.
  - 3. *ſeptentrionales* Pentheſileæ
    - 1. *ab armorum genere.*
    - 2. *ab exercitu numeroſo.*
    - 3. *à forma exertæ mammæ.*
    - 4. *à virtute heroica.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356827-p0049-3

*Hæc [a] dum Dardanio Æneæ miranda videntur,*
*Dum ſtupet, obtutuq́; hæret [b] defixus in uno;*
*Regina ad templum [c] forma pulcherrima Dido*
*Inceſſit, magnâ juvenum [d] ſtipante catervâ.*
*Qualis in [e] Eurotæ ripis, aut per juga [f] Cynthi*
*Exercet [g] Diana choros: quam [h] mille ſequutæ*
*Hinc atq́; hinc [i] glomerantur, [k] Oreades: illa pharetram*
*Fert humero, gradiensq́; deas ſupereminet omnes.*
*[l] Latonæ tacitum [m] pertentant gaudia pectus.*
*Talis erat Dido, [n] talem ſe læta ferebat*
*Per medios, inſtans operi, [o] regnisq́; futuris.*
*Tum foribus divæ, [p] mediâ teſtudine templi,*
*Septa [q] armis, ſolioq́; altè ſubnixa, reſedit.*
Jura [r] dabat legesq; viris, operumq; laborem
Partibus æquabat juſtis, aut [ſ] ſorte trahebat;
*Quum ſubitò Æneas concurſu accedere magno*
*Anthea, Sergeſtumq́; videt, fortemq́; Cloanthum,*
*Teucrorumq́; alios: ater quos æquore turbo*
*[t] Diſpulerat, penitusq́; alias advexerat oras.*
*Obſtupuit ſimul ipſe, [u] ſimul perculſus Achates:*
*[x] Lætitiaq́; metuq́; avidi conjungere dextras*
*[y] Ardebant: ſed res [z] animos [a] incognita [b] turbat.*
*[c] Diſſimulant, & nube cavâ ſpeculantur amicti,*
*Quæ [d] fortuna viris, claſſem quo littore linquant,*
*Quid veniant? Cunctis nam [e] lecti navibus ibant*
*Orantes [f] veniam, & templum clamore petebant.*

*Poſt-*

a) Non ſola hæc fuerant picta, ſed plura alia, quæ ne conſiderare poſſet, adventus interrupit.
b) Metaphora.
c) Per formam.
d) Condensè comitante.
e) Fluvius eſt Laconiæ ſpartam præterlabens.
f) Montis in Inſula Delo.
g) Ectaſis, vel Diaſtole.
h) Synecdoche numeri finiti pro infinito.
i) Metaphora. In morem glomeris circumeunt.
k) Nymphæ montanæ, ab [illegible], mons.
l) Matris formam filiæ ſibi gratulantis, ut Juvenalis: Pulchrâ gaudet Latona Diana.
m) Afficiunt quodam titillatu.
n) Polyptoton.
o) Enallage numeri.
p) In Ædis ſacræ meditullio, ante Deæ ſimulachrum conſtitutum tribunal.
q) Satellitio armato, cuſtodibus armatis.
r) Ut Regina, nō dicebat, ut judex.
ſ) Sortiebatur.
t) Disiecerat.
u) Anaphora.
x) In re nova & dubia ferè conjungit hos affectus. Lætitia, ob ſocios liberatos, metu, ob concurſum Pœnorum.
y) Ardenter cupiebant.
z) Æneæ & Achatis.
*a*) Cauſa ſociorum adventus.
*b*) Impedit, ut quamvis cupiant, tamen non audeant conjungere dextras.
*c*) Simulant ſe non vidiſſe ſocios. *d*) An bona, an mala? *e*) E ſingulis navibus tanquam legati veniebant. *f*) Subtrahendi, armandi, inſtruendi naves; vel petentes pacem, gratiamque reginæ, contra incendium, quod parabant Tyrii in naves Trojanas: Pontificali vocabulo, hoc Cicero utitur pro Fonteio: a Diis immortalibus pacem ac veniam petunt. Liv. l. 39. Pacem veniamque Deorum immortalium precati.

## TAB. XXI.

- **Hoſpitalitatis Occaſio**
  - 1. Remota eſt vel
    - 1. Didonis ſuperventus, cujus not.
      - 1. Inceſſus,
        - 1. ab adjuncto tempore matutino, quo Æneas mirabatur picturam, per
          - 1. expolitionem.
          - 2. hypotypoſin.
        - 2. à ſubjecto loco ad quem, ad templum.
        - 3. à formæ pulchritudine.
      - 2. Comitatus, qui
        - 1. proponitur: magna juvenum caterva.
        - 2. amplificatur comparationis
          - 1. Protaſi, inceſſu Dianæ
            - 1. à ſubjectis
              - 1. ripis Eurotæ.
              - 2. jugis Cynthi.
            - 2. ab adjūctis
              - 1. exercitiis Choris, ſeu, feſta conſuetudine.
              - 2. ſatellitio Oreadum.
              - 3. habitu & greſſu.
              - 4. matris plauſu.
          - 2. Apodoſi, ad Didonis 1. hilaritatē. 2. ſedulitatem.
      - 3. Conſeſſus,
        - 1. à ſubjecto loco,
          - 1. ſatellitii, ad fores templi Iunonis.
          - 2. Reginæ, in media teſtudine templi.
        - 2. ab adjūcta majeſtate 1. armati ſatellitii. 2. regii throni.
        - 3. ab effecto, ſeu officiis, quæ ſunt
          - 1. juris & legum ſanctio.
          - 2. laborum diviſio
            - 1. æqualis, per juſtitiam.
            - 2. inæqualis, per ſortem.
    - 2. Trojanorum accurſus,
      - 1. ab adjuncto occupato, Ænea conſpiciēte concurſum magnum.
      - 2. à ſubjecto occupāte,
        - 1. definito, quod ſunt Antheus, Sergeſt9, Cleanth9.
        - 2. indefinito, ut alii Troës, quos turbo
          - 1. diſpulerat.
          - 2. in alias oras vexerat.
      - 3. ab effecto,
        - 1. conſternatione
          - 1. à ſubjectis, AEnea & Achate.
          - 2. ab adjunctis
            - 1. lætitia & metu.
            - 2. ardore jungendi dextras.
            - 3. turbatione ob ignorantiā.
        - 2. diſſimulata ex nube ſpeculatione.
        - 3. Obſervatione, cujus
          - 1. Propoſitio, qua
            - 1. ſociorum conditio.
            - 2. claſſis ſtatio.
            - 3. adventus r tio.
          - 2. Ætiologia, quia
            - 1. ibant lecti è ſingulis navibus.
            - 2. orabant veniam.
            - 3. petebant clamantes templum.
  - 2. Propinqua, 1. Ilionei Oratio. 2. Didonis Reſponſio. 3. Æneæ gratiarum actio. vid. ſeqq.

[a] *Poſtquam introgreſſi, & coràm [a] data copia fandi,*
[b] *Maximus Ilioneus placido ſic pectore cœpit:*
*O Regina, [c] novam cui condere Iuppiter urbem,*
Juſtitiaq; dedit gentes [d] frænare ſuperbas;
*Troes te [e] miſeri, ventis [f] maria omnia vecti,*
*Oramus: prohibe infandos à navibus ignes,*
*Parce [g] pio generi, & [h] propiùs res [i] aſpice noſtras.*
[k] *Non nos aut ferro Libycos [l] populare [m] penates*
*Venimus, aut raptas ad littora [n] vertere prædas.*
Non ea [o] vis animo, nec tanta ſuperbia victis.
*Eſt locus, [p] Heſperiam Graji cognomine dicunt:*
*Terra [q] antiqua, potens armis atq; [r] ubere glebæ.*
[s] *OEnotri coluêre viri: [t] nunc fama, minores*
*Italiam dixiſſe, [u] ducis de nomine gentem.*
*Huc curſus [x] fuit:*
*Quum ſubito aſſurgens fluctu nimboſus [y] Orion*
*In vada [z] cæca tulit, penituſq; [a] procacibus auſtris,*
*Perq; undas, [b] ſuperante ſalo, perq; invia ſaxa*
[c] *Diſpulit: huc pauci veſtris adnavimus oris.*

a) Facta. Data poteſtas, facultas.
b) Cùm rebus omnibus, tum eloquentiâ maximè excellens.
c) Magnam; ut in Bucolicis: Pollio & ipſe facit nova carmina,
d) Infrænes Numidas. Magna laus reginæ, quæ poſſit ſubjugare & imperio premere populos liberos nullam patientes ſervitutē
e) Pathopœia.
f) Per. Ellipſis.
g) Trojanis, dignis quorum miſerearis.
h) Viciniùs, amiciùs. Nam qui vicini ſunt, magis favere & prodeſſe poſſunt. Unde Dii propitii dicuntur præſentes.
i) Tanquam Dea reſpice, & defende nos ab incendio claſſis, quod parant Tyrii.
k) Anthypophora confutat, quæ à Didone obiici poterant.
l) Populari, per Enallagen, & Hellenismum.
m) Ædes ſacras & profanas, quibus ſui Lares patrii & domeſtici.
n) Ut piratæ ſolent, quos ſemper recentes convectare juvat prædas & vivere rapto.
o) Poteſtas violenta.
p) Italiæ nomina, & rationes, cur dicta Argeſſa, Camaſene, Heſperia, Auſonia, Oenotria, vide Cluverium. q) Quia fuit a Saturno & Jano habitata. r) Fertilis.
s) Οἰνωτροὶ, unde Oenotri legendum, non Oenotrii, aut certè contrahenda duplex vocalis, ut ſecundæ Syllabæ per ω longæ habeatur ratio. t) Poſt Herculis ætatem.
u) Itali regis. x) Nobis Trojanis. Verſus imperfectus dedita opera videtur abruptus, ut abruptum curſum ſignificet. y) Conſtellatio nautis infeſta, ortu & occaſu ſuo tempeſtates ciens. Oritur autem coſmicè VI. Cal. Jul. vel ſecundùm alios XV. Cal. Julii.
z) Obſcura, latentia. a) Obſtinatè urgentibus, impetentibus, & ſubinde ſuum in nos flatum repetentibus. b) Elevato mari, & in undas diviſo.
c) Disjecit, diſperſit.

Quod

# TAB. XXII.

**Ilionei Oratio eſt vel**

- 1. Precatio cujus cauſa
  - 1. Impulſiva externa, eſt licentia facta loquendi coram Regina.
  - 2. Adminiſtra, Ilionei gravis & ſedata facundia.
  - 3. Formalis conſtat
    - 1. Exordio, quo captat benevolentiam, gratulatione à difficili, quòd Iovis auſpicio fœmina
      - 1. regnet.
      - 2. condat urbem.
      - 3. regat gentem ferocem.
    - 2. Propoſitione, qua petit
      - 1. Commiſerationem fortunæ.
      - 2. Depulſionem injuriæ, quæ eſt claſſis incendium.
      - 3. Cognitionem cauſæ,
        - 1. à generis pietate.
        - 2. ab inſtituti honeſtate.
    - 3. Ratione, per occupationem, quâ ſuſpicionem declinat
      - 1. oppoſita propoſitione: nos non venimus, ut
        - 1. popularemur.
        - 2. prædaremur..
      - 2. ſolutione à veriſimili, præſenti conditione, quòd victus ſibi non eſſet tanta violentia vel ſuperbia.
  - 4. Approbatione, à navigationis
    - 1. Propoſito termino Italia, per Chorographiam,
      - 1. à nominis ratione, Heſperia.
      - 2. ab antiqua
        - 1. militari virtute.
        - 2 ſoli feracitate.
      - 3. à gentis dignitate, à Rege Oenotro Arcade.
      - 4. à recenti nomine
        - 1. loci, Italia.
        - 2. populi, Itali.
    - 2. Eventu contrario, disjectione claſſis,
      - 1. ab adjuncta Trojanorũ intentione, quâ curſum direxerunt in Italiam.
      - 2. ab efficiente, quæ eſt nimboſus Orion.
      - 2. à ſubjecto loco,
        - 1. p quē,
          - 1. fluctu tulit in vada.
          - 2. diſpulit
            - 1. auſtris & undas.
            - 2. mari erecto per ſaxa.
        - 2. ad quem; appulit ad oras Libycas.
- 2. Expoſtulatio. vid. ſeq.

Quod [a] genus hoc hominum! quæve hunc tam barbara morem
Permittit patria! [b] hoſpitio prohibemur arenæ.
*Bella cient, [c] primaq́; vetant conſiſtere terrâ.*
Si genus humanum & mortalia [d] temnitis arma,
At [e] ſperate deos memores fandi atque nefandi.
[f] *Rex erat AEneas nobis*, quo juſtior alter
Nec pietate fuit, nec bello major [g] & armis:
*Quem [h] ſi fata virûm ſervant ſi [i] veſcitur aurâ*
*Ætheriâ, [k] nec adhuc crudelibus occubat umbris;*
[l] *Non metus: officio nec te certaſſe priorem*
*Pœniteat.* [m] *Sunt & Siculis regionibus urbes,*
[n] *Armaq́;, Trojanoq́; à ſanguine clarus* [o] *Aceſtes.*
*Quaſſatam ventis liceat* [p] *ſubducere claſſem,*
*Et* [q] *ſilvis aptare trabes, &* [r] *ſtringere remos.*
*Si datur* [ſ] *Italiam ſociis & rege recepto*
*Tendere, ut Italiam læti* [t] Latiumq́; *petamus:*
*Sin abſumpta ſalus, &* [u] *te, pater optime Teucrûm,*
*Pontus habet Libyæ, nec* [x] *ſpes jam reſtat Iuli:*
*At freta Sicaniæ ſaltem ſedesq́ue* [y] *paratas,*
*Unde* [z] *huc advecti, regemq́ue petamus Aceſtem.*
*Talibus* [a] *Ilioneus: cuncti ſimul ore* [b] *fremebant*
[c] *Dardanidæ.*

a) Admiratio pathetica & indignabunda. b) Contra jus gentium, & communem humanitatis rationem. c) Littore.
d) Contemnitis. Aphæreſis.
e) Metuite, timete. Catachreſis. Scitote Deos remuneratores juſti fore atque injuſti.
f) Ad id unde digreſſus erat, redit Ilioneus. g) Non eſt iteratio. Nam bellum & conſilium habet; arma tantùm actum, ut intelligat eum ſapientem eſſe Imperatorem, & fortem militem.
h) Unum ſenſum in tres partes dividit Poëta, ut oſtenderet eum libenter voto ſuo immorari.
i) Vivit, vitales auras carpit.
k) Nondum periit crudeli morte.
l) Scilicet ſit; neque te pœniteat officii, ultrò bene de illo meruiſſe, vel eundem officiis tuis provocaſſe. Sic Terent. Benedictis certare.
m) Præoccupatio: Si periit Æneas, quis referet gratiam? Reſpon. Sunt & in Sicilia Trojani.
n) Cives & auxilia.
o) Rex Siciliæ, Egeſta Trojani Hippotæ filia & Criniſo fluvio oriundus.
p) In terram trahere. Deducere eſt contrarium, in mare mittere.
q) E ſylvis incidere & legere, navibusque aptare.
r) Ligna defrondare ad remos faciendos.
ſ) In Italiam. t) Latium in Italia. u) Apoſtrophe ad Æneam.
x) Julus ſeu Aſcanius Poëtica circuitione. y) Ab Aceſte.
z) Ex qua Sicania huc in Libyam vecti ſumus. a) Ellipſis verbi.
b) Aſſenſum profitebantur fremitu oris, non concuſſione armorum, pro more militari. Simul oſtendebant dolorem ſuum de injuria ſibi illata.
c) Rurſum abrumpit ſermonem, ut vel dolorem, vel iram Trojanorum exprimat.

Tum

**Ilionei Expoſtulatio conſtat**

- 1. *Captatione attentionis, per exclamationem, à gentis Punicæ barbarie.*
- 2. *Propoſitione, quâ conqueritur de*
  - 1. *hoſpitii littoralis denegatione*
  - 2. *belli intentatione.*
  - 3. *violenta depulſione.*
- 3. *Confirmatione, ab*
  - 1. *inhoneſto, læſo jure gẽtium hoſpitali, quod conſtat*
    - 1. *Protaſi per antitheſin, ut vereantur vindices*
      - 1 *ſi non homines.*
      - 2. *tamen Deos.*
    - 2. *Ætiologia, à ſua innocentia, ex Regis Æneæ*
      - 1. *juſtitia.*
      - 2. *pietate.*
      - 3. *prudentia.*
      - 4. *fortitudine.*
  - 2. *ab utili & inutili, per connexionis*
    - 1. *Antecedens per expolitionem, ſi Æneas*
      - 1. *per fata ſervatus.*
      - 2. *veſcitur aura.*
      - 3. *nondum occubuit.*
    - 2. *Conſequẽs quod cõſtat*
      - 1. *promiſſione, quod Æneas futurus ſit beneficii retributor.*
      - 2. *Comminatione, quòd idem futurus ſit ultor, ab auxiliis*
        - 1. *Sicularum urbium.*
        - 2. *Aceſtæ Regis Trojano ſanguine oriundi.*
- 4. *Clauſula, quæ*
  - 1. *petit navium*
    - 1. *ſtationem*
    - 2. *reparationem,*
      - 1. *aptando trabes.*
      - 2. *ſtringendo remos.*
  - 2. *afficit*
    - 1. *disjuncta enumeratione finis, in eventu*
      - 1. *Vitæ*
        - 1. *ſi Æneas cum ſociis ſalvus.*
        - 2. *ut petamus Italiam.*
      - 2. *Mortis*
        - 1. *ſi ſubmerſus*
          - 1. *Æneas.*
          - 2. *Aſcanius.*
        - 2. *ut petamus*
          - 1. *Siciliam.*
          - 2. *Aceſtem.*
    - 2. *adjuncta cæterorum indignabunda acclamatione.*

*Tum breviter Dido [a] vultûm demiſſa profatur.*
*Solvite corde [b] metum, Teucri: ſecludite curas.*
*Res dura, & regni [c] novitas me talia cogunt*
*Moliri: [d] & latè fines cuſtode tueri.*
Quis genus [e] Æneadûm, quis Trojæ neſciat urbē?
Virtutesq; [f] viroſq;, & tanti incendia belli?
Non [g] obtuſa adeò geſtamus pectora Pœni:
[h] Nec tā averſus equos Tyriâ Sol jungit ab urbe
*Seu vos [i] Heſperiam magnam, [k] Saturniaq; arva,*
*Sive [l] Erycis fines, regemq; optatis Aceſtem:*
*Auxilio tutos demittam, opibusq; [m] juvabo.*
*Vultis & his mecum pariter [n] conſidere regnis?*
[o] *Vrbem quam ſtatuo, veſtra eſt: ſubducite naves.*
*Tros Tyriusq; mihi nullo diſcrimine [p] agetur,*
*Atq; utinam rex ipſe [q] Noto [r] compulſus eodem*
*Afforet Æneas! equidem per littora [r] certos*
*Dimittam, & Libyæ [ſ] luſtrare extrema jubebo,*
*Si quibus ejectus ſilvis aut [t] urbibus errat.*
*His animum [u] arrecti dictis & fortis Achates*
*Et pater Æneas, jam dudum [x] erumpere nubem*
*Ardebant. [y] Prior Æneam compellat Achates:*
*Nate deâ, quæ nunc animo ſententia [z] ſurgit?*
*Omnia tuta [a] vides, claſſem ſociosq; receptos.*
[b] *Vnus abeſt, medio in fluctu quem vidimus ipſi*
[c] *Submerſum: dictis reſpondent cætera matris.*
*Vix ea fatus [d] erat, quum circumfuſa repentè*
*Scindet ſe [e] nubes, & in æthera purgat apertum.*
*Reſtitit AEneas [f] claraq; in luce refulſit:*
*Os humerosq; [g] Deo ſimilis. Namq; ipſa decoram*
*Cæſariem nato genitrix, [h] lumenq; juventæ*
*Purpureum, & lætos [i] oculis afflârat honores.*
*Quale [k] manûs addunt ebori decus, aut ubi flavo*
*Argentum [l] Pariusve lapis circundatur auro.* **Tum**

a) Poëticâ figurâ Reginæ verecundiam & pudicitiam exprimit, nā in quarto, poſtquam ſolvit pudorem, huc illuc volvit oculos.
b) Differre hic volunt metū & curas, ut cauſam & effectum.
c) Quæ plerumq; multas habet difficultates & inſidias. d) Adverſus Pygmalionem, Jarbam, accolas.
e) Antonomaſia. f) Virtutes virorum ἐν δὶς.
g) Craſſa ingenia. h) Qui plagas à Sole remotiores & frigidiores incolunt, putantur obtuſiores, ſtupidiores, & Barbari. Ariſt. l. 1. Pol. i) Italia magna dicitur Heſperia, ad differentiam Hiſpaniæ.
k) Saturnus lingua Syriaca latentem ſignificat, unde Latium à latente Deo. l) Siciliam, cujus rex Eryx Veneris & Butæ filius.
m) Benignitate ſpem Trojanorum ſuperat. n) Mecum ſimul ſedes capere ad habitandū. o) Antiptoſis. p) Regetur. Rara locutio.
q) Synecd. pro Vento. Nā ab Aquilone huc compulſi erant. r) Qui hoc unū agant, ut Ænam inveniant. ſ) Ultima Libyæ circuire.
t) Vicinis. u) Translatio ab equis ad homines x) Abrumpere. Rupta nube exire cupiebāt. y) Prior hic loquitur Achates, tanquā in deliberatiōe; nec metuit reſponſū Metelli, de tunica interiore: erat enim Æneæ tam familiaris, ut talia quærere poſſet. z) Metaph.
a) Nedū audis. b) Orōtes ductor claſſis Lyciæ. c) In nupero naufragio. d) Ilioneus. e) Nebula.
f) Laus nimiæ pulchritudinis, cui nec lucis claritas derogavit, atq; ita clariùs, quàm ipſa dies refulſit g) Icon. h) Juventæ gratiam, a purpureo colore.
i) Vultûs ſplendor innuitur, & oculorum venuſtas, adſpectusque dignitas. Amoris ſedem oculos veteres dixere Poëtæ, & cupidinis fores. k) Artificum. l) Marmor ex inſula Paro, quam vide in tab. Geogr.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356827-p0056-8

# TAB. XXIV.

- **Didonis Reſponſio conſtat**
  - 1. Adjuncto Reginæ dicturientis habitu vultus demiſſi.
  - 2. Forma, cujus
    - 1. Propoſitio promittit ſecuritatem, per expolitionem, quâ jubet Trojanos
      - 1. ſolvere corde metum.
      - 2. ſecludere curas.
    - 2. Confirmatio
      - 1. excuſat factum à cauſa
        - 1 impulſiva
          - 1 interna, quæ res dura, vid.
            - 1. mariti interitus.
            - 2. fratris metus.
          - 2 externa, quæ eſt regni novitas formidoloſa.
        - 2. finali, littorum cuſtodia.
      - 2 amovet crimen barbariei,
        - 1 à gloria Trojanorum
          - 1. principis Æneæ. 2. urbis.
          - 3. virtutis. 4. belli.
        - 2. à Pœnorũ ſagacitate 3 à cauſa, Solis propinquitate.
      - 3. offert officia, per diſtributionem propoſitæ
        - 1. profectionis
          - 1. à termino, in 1. Italiam. 2 Siciliam.
          - 2. ab adminiculo ſubminiſtrando.
        - 2. permanſionis,
          - 1. à ſubjecto, in Libya.
          - 2. ab adjuncto
            - 1. urbis ſocietate.
            - 2. navium ſecuritate.
            - 3. civium unitate.
    - 3. Peroratio abſolvitur effuſa humanitate, quâ
      - 1. optat Æneæ præſentiam.
      - 2 offert inquiſitionis medium,
        - 1. à cauſis adminiſtris, emiſſione quorundã.
        - 2. à ſubjectis Libyæ finibus & littoribus.
        - 3. à fine, ut revocetur, in quibus fortè errat, à
          - 1. Sylvis.
          - 2. urbibus.
  - 3. Effecto, Æneæ apparitione, cujus
    - 1 Cauſa impulſiva
      - 1. externa. ſunt dicta Didonis.
      - 2. interna, deſiderium prorumpendi.
    - 2. Conſiliũ conſtat
      - 1. Efficiente, Achate, qui prior compellat AEnean.
      - 2. Forma, cujus
        - 1. Exordium captat benevolentiam, à perſona.
        - 2. Propoſitio AEnean erigit interrogatione.
        - 3. Confirmatio,
          - 1. ab incolumitate claſſis & ſociorum.
          - 2. ab extenuatione naufragii, ob unius jacturam.
        - 4. Complexio, à complemento dictorum Veneris.
    - 3. Actus,
      - 2. ab adminiſtra nube 1. ſciſſa, 2 evaneſcente.
      - 2. ab adjũcto ſplendore; p comparationem
        - 1. contractã cujus
          - 1. Protaſis: os, humerosq; Deo ſimilis.
          - 2. Ætiologia, quia Venus afflavit ei
            - 1 decorã cæſariem.
            - 2 formã juvenilẽ.
        - 2. explicatam, à nitore
          - 1. eboris.
          - 2 inaurati
            - 1. argenti.
            - 2. marmoris.

*Tum ſic reginam* [a] *alloquitur, cunctisq́; repentè*
*Improviſus ait; Coràm, quem* [b] *quæritis, adſum*
[c] *Trojus Æneas, Libycis ereptus ab undis.*
*O* [d] *ſola infandos Trojæ miſerata labores!*
*Quæ nos,* [e] *relliquias Danaûm, terræq́; marisq́;*
*Omnibus exhauſtos jam caſibus, omnium* [f] *egenos,*
*Urbe,* [g] *domo ſocias:* [h] grates perſolvere dignas
Non [i] opis eſt noſtræ, *Dido, nec* [k] *quicquid ubiq́; eſt*
*Gentis Dardaniæ, magnum quæ* [l] *ſparſa per orbē.*
[m] Dii tibi (ſi qua pios reſpectant numina, ſi quid
Usquam [n] juſtitiæ eſt, & mens ſibi conſcia recti)
Præmia digna ferant. [o] *Quæ te tam læta tulerunt*
*Sæcula? qui tanti* [p] *talem genuêre parentes?*
In [q] freta dum fluvii current, dum [r] montibus umbræ
Luſtrabunt convexa, polus dum ſidera [ſ] paſcet:
[t] Semper honos, nomenq́; tuum, laudesq́; manebunt:
*Quæ me* [u] *cunq́; vocant terræ. Sic fatus, amicum*
[x] *Ilionea petit* [y] *dextrâ, lævaq́; Sereſtum:*
*Pòſt alios, fortemq́; Gyan,* [z] *fortemq́; Cloanthum.*

a) Æneas orditur ex abrupto, præ nimio gaudio. b) Vos Trojani, qui doletis me non adeſſe; & tu Regina, quæ optas, ut adſim.
c) Evocatio. Figura Grammaticis nota. e) Miſerata eſt Trojæ labores Venus, miſeratus Apollo; exceperant quoq́, errantes Trojanos Anius, Helenus, Aceſtes: ſed hi propinquitate conjũcti mortales: verùm Dido ſola fuit inter extraneos, vel exteros, quæ miſerata labores Trojæ. e) Epenthesis. f) Hiatum dedita opera commiſiſſe videtur, ut magis Didonem moveret.
g) Aſyndeton. i. e. Et publico & privato dignaris hoſpitio.
h) Artificiosè acceptum beneficium exaggerat, viresque ſuas extenuat. i) Non eſt noſtræ facultatis, vel non poſſumus, utut velimus. k) Nec omnes Trojani ſimul conjuncti poſſunt referre dignas his tuis beneficiis gratias. l) Præſertim poſt Trojæ excidium. m) Naufragis & advenis benefacimus; illi diſcedunt, debitores nobis Deos delegant, precanturque, ut illi pro ſe gratiam referant, Seneca.
n) Si qua numina juſtitiam reſpiciunt, & rectas mortalium actiones mentesque advertant.
o) Poſtquam gratias egit, exclamat & admirarur inſignes reginæ virtutes.
p) Repetitio ejusdem ſyllabæ emphaſin continet. q) In mare, Synecdoche.
r) Quandiu umbræ circumibunt latera & ambitus montium, vel circumeundo inumbrabunt latera inclinata montium. ſ) Veteres Philoſphi putabant aſtra ali humoribus marinis, fluvialibus, terrenis. Senſus eſt: Quandiu cœlum ſidera ſuſtinebit, per Synecd. & Metaph.
t) Verſum hunc in Bucolicis habet quoque, ſed hic eundem applicat ad ſublimiora, promittens ſe memorem fore. u) Tmeſis. x) Tanquam legationis principem & oratorem.
y) Quanquam rex erat, tamen ſocios dextra primus apprehendit, ut ſe ſocium potiùs quàm regem oſtendat. z) Anaphora & Polyſyndeton.

Ob-

**Æneæ gratiarum actio conſtat**

- 1. Adjuncta inopinata & improviſa allocutione
  - 1. Reginæ.
  - 2. reliquorum omnium.
- 2. Forma, cujus
  - 1. Exordiũ patheticũ à perſona
    - 1. ſua, quod
      - 1. adſit quæſitus.
      - 2. ab undis ereptus.
    - 2. Didonis, cujus miſericordiam
      - 1. celebrat Exclamatione pathetica.
      - 2. amplificat
        - 1. à ſubjecto, quod ſunt Trojani
          - 1. Græcorũ reliquiæ.
          - 2. terra mariq; jactati.
          - 3 omniũ egeni.
        - 2. ab effecto, quod eſt ſocietas urbis & hoſpitii.
  - 2. Propoſitio habet gratiarum actionem, à tenuitate
    - 1. Perſonæ ſuæ.
    - 2. Trojanorũ omniũ per orbem diſperſorũ.
  - 3 Confirmatio ab utili, vel
    - 1. Præmiis, quæ optat à Diis, per
      - 1. Exclamationem.
      - 2. Diſtributionẽ divinæ providentiæ, quæ
        - 1. pios curat.
        - 2. juſtitiam exercet.
        - 3. rectum novit.
    - 2. Laude, à
      - 1. temporum felicitate, quibus contigit naſci talem fœminam.
      - 2. parentum generoſitate.
  - 4. Peroratio promittit beneficiorum memoriam, omni
    - 1. tempore, per hyperbolicam cõparationem cujus
      - 1. Protaſis: quandiu erunt
        - 1. maria.
        - 2. montes.
        - 3 cælum.
      - 2. Apodoſis: tamdiu ſtabit honos Didonis.
    - 2. loco, omnibus terris.
- 3. Conſequenti ſociorum exceptione,
  - 1. Ilionei & Sereſti.
  - 2. Gyæ & Cloanthi.

Obſtupuit[a] primò aſpectu Sidonia Dido;
Caſu deinde viri tanto: & ſic[b] ore loquuta eſt:
[c] Quis te, nate deâ, per tanta pericula caſus
Inſequitur! quæ vis[d] immanibus applicat oris!
[e] Tune ille Æneas, quem Dardanio[f] Anchiſæ
Alma Venus[g] Phrygii genuit Simoentis ad undā!
Atque equidem[h] Teucrum memini[i] Sidona venire,
[k] Finibus expulſum[l] patriis, nova regna[m] petentē,
Auxilio Beli. Genitor tum Belus[n] opimam
Vaſtabat[o] Cyprum, & victor ditione tenebat.
Tempore jam ex illo[p] caſus mihi cognitus urbis
Trojanæ,[q] nomenq; tuum,[r] regesq; Pelaſgi.
Ipſe[ſ] hoſtis Teucros inſigni laude ferebat,
Seq; ortum[t] antiquâ Teucrorum à ſtirpe volebat.
Quare agite ô tectis[u] juvenes, ſuccedite noſtris.
Me quoq; per multos[x] ſimilis fortuna labores
Iactatam,[y] hâc demum voluit conſiſtere terrâ.
[z] Non ignara mali, miſeris ſuccurrere diſco.

a) Primùm.
b) Pleonaſmus.
c) Quæ vel quanta te fortuna exercet.
d) Non tam propter mare importuoſum, quam propter gētes immanes, barbaras. Afri enim mobiles, violenti, callidi, bilingues & ſubleſta fide, ſævi ac feris moribus, infidi & perfidi, rapto viventes, à ſcriptoribus appellantur & deſcribuntur.
e) Admirantis, non interrogantis.
f) Hiatus, & verſus Spondaicus.
g) Ad differentiam Simoëntis Sicani.
h) Telamonis ex Heſione filium.
i) Phœnices urbs eſt celeberrima, cum Tyro vetuſtate certans, à Sida Beli regis filia cognominata.
k) Salamine urbe & inſula, contra Eleuſim poſita.
l) A patre Telamone irato, quòd fratris Aiacis mortem non ultus rediret, non exceptus.
m) Quærentem.
n) Belus minor, parens Didonis, Rex Phœnices.
o) Quam ſubactam conceſſit Teucro, qui ibi novam Salamina condidit.
p) Ruina & excidium Trojæ.
q) Fama tua,
r) Græci principes.
ſ) Teucer. Adeoque laus vera.
t) Non tantùm ab Heſione Laomedontis filia, ſed à Teucro, qui in Troade cum Dardano genero regnavit, unde Trojani Teucri ſunt dicti.
u) Juvenes vocat comiter & benigniter, non reſpectu ætatis; nam Alethes & Ilioneus erant grandævi.
x) Penè ſimilis, cum & ipſa domo ſim profecta, & per mare terram quærens, erraverim. Mali ſimilitudo ſubinde etiam conciliat amicitiam.
y) Africa, in qua urbem condo.
z) Noëma. Non diſco tanquam ignara malorum ſuccurrere miſeris, ſed per meipſam jam didici.

**Hoſpitalitatis Actus conſtat**

- 1. *Dictis Didonis, quorum notetur*
  - 1. *Adjunctus ſtupor, ex Ænea heroica* 1. *forma.* 2. *virtute.*
  - 2. *Forma, cujus*
    - 1. Exordium captat benevolentiam
      - 1. *à commiſeratione laborum & periculorum Æneæ.*
      - 2. *à tacita gratulatione, quòd delatus eſſet tutus ad oras Libyæ.*
    - 2. *Narratio habet*
      - 1. *Æneæ originem, à*
        - 1. *Parentibus,*
          - 1. *Patre Anchiſe.*
          - 2. *Matre Venere.*
        - 2. *Loco, ad fluvium Simoëntem.*
      - 2. *Trojanorum celebritatem,*
        - 1. *à cauſa*
          - 1. *efficiente, Teucro, cujus fortuna deſcribitur:*
            - 1. *quò? profectus Sidonem.*
            - 2. *unde? pulſus patria.*
            - 3. *cur? regnum quærens.*
            - 4. *quibus auxiliis? Beli.*
            - 5. *quando? cùm hic vaſtaret Cyprum.*
          - 2. *materiali, ut*
            - 1. *caſus Trojæ.*
            - 2. *Æneas.*
            - 3. *Reges Pelaſgi.*
        - 2. *ab adjuncta*
          - 1. *teſtimonii hoſtilis veritate, qua laudabantur Troës.*
          - 2. *à gentis Trojanæ antiquitate, de qua ſe ortum jactabat hoſtis.*
    - 3. *Propoſitio benignè invitat ad hoſpitium.*
    - 3. *Confirmatio, à pari fortuna, quæ fuerit*
      - 1. *jactata per multos labores.*
      - 2. *locata in Africa.*
    - 4. *Clauſula conſtat Epiphonemate, quòd*
      - 1. *non ſit malorum ignara.*
      - 2. *ſed ſciat miſeris ſuccurrere.*
- 2. *Factis* *vid. ſeq.*

*Sic memorat: ſimul*[a] *Æneam in regia ducit*
*Tecta: ſimul divûm templis indicit*[b] *honorem.*
*Nec minùs interea*[c] *ſociis ad littora mittit*
*Viginti tauros, magnorum*[d] *horrentia*[e] *centum*
*Terga ſuum, pingues centum, cum*[f] *matrib. agnos:*
*Munera,*[g] *lætitiamq; Dei.*
*At domus*[h] *interior regali ſplendida luxu*
*Inſtruitur, mediisq;*[i] *parant convivia tectis.*
*Arte laboratæ*[k] *veſtes, oſtroq; ſuperbo:*
*Ingens*[l] *argentum menſis, cælataq; in auro*
*Fortia facta*[m] *patrum: ſeries longiſſima rerum,*
*Per tot ducta viros,*[n] *antiquæ ab origine gentis.*
*Æneas* (neq; enim[o] patrius conſiſtere mentem
Paſſus amor) [p] *rapidum ad naves præmittit Achatē:*
*Aſcanio*[q] *ferat hæc, ipſumq; ad mœnia ducat.*
[r] Omnis in Aſcanio cari ſtat cura parentis.
[s] *Munera præterea Iliacis erepta ruinis*
*Ferre jubet, pallam ſignis*[t] *auroq; rigentem,*
*Et circumtextum croceo*[u] *velamen acantho:*
*Ornatus*[x] *Argivæ Helenæ, quos illa*[y] *Mycenis,*
[z] *Pergama quum peteret,*[a] *incōceſſosq; hymenæos,*
*Extulerat; matris Ledæ mirabile*[b] *donum.*
*Præterea ſceptrum,*[c] *Ilione quod geſſerat olim,*
[d] *Maxima natarum Priami, colloq; monile*
* *Baccatum, &*[e] *duplicem gemmis auroq; coronā.*
*Hæc*[f] *celerans, iter ad naves*[g] *tendebat Achates.*

a) Sufficit nominaſſe Principem; nam & reliquos duxit ſecum.
b) Ferias, ut eſſet publica gratulatio, factis ſupplicationibus ad Deorum templa, ſacrificiis, & feſtis conviviis.
c) Non præſentibus tantùm volebat conſultam, verùm & abſentibus.
d) Aut terga porcorum jam pridē mactatorum horrentia ſale, aut vivorum horrentia ſetis, adeoque magna, per Emphaſin & Metony. Synecd. & Poëticam circuitionem.
e) Hecatomben intelligit, quam qui navigabant, vel navigaturi erant, faciebant.
f) Oves centum & agnos totidem.
g) Bacchi læta munera, vinum.
h) Ad magnificentiam convivii facit receſſus penitior.
i) Miniſtri Tyrii.
k) Aulæa, ſtragulaque purpurea.
l) Vaſa argentea permulta, Metonym.
m) Majorū res fortiter geſtæ.
n) A Belo, primo Aſſyriorum rege, ad Belum Didonis patrem, qui & ipſe Aſſyrius fuit, & Methres dictus.
o) Affectu paterno non poterat eſſe mente quieta.
p) Rapidè mittit.
q) Nunciet, referat.
r) Epiphonema.
ſ) Didoni offerendā.
t) Signis aureis. ἓν διὰ.
u) Cycladem, cujus oræ prætexebātur aureo opere acanthum herbam repræſentante.
x) Græcæ, Lacænæ.
y) Mycenas ponit pro Lacedæmone, licentia poëtica.
z) Synecdoche partis.
*a*) Paridis adulteri, ſeu raptoris.
*b*) Et artificium ipſius.
*c*) Nupta Polymneſtro, Thracum regi.
*d*) Major natu, vel primogenita.
* Baccis, i. e. margaritis ornatum, majoribus unionibus, baccarum ſimilitudine, diſtinctum.
*e*) Duplici gemmarum ordine diſtinctam.
*f*) Celeriter exequens.
*g*) Phraſis infrequens, ut & prior illa: celerans hæc.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356827-p0062-1

Facta ſunt vel

- 1. Didonis
  - 1. publica, erga
    - 1. præſentem Æneam,
      - 1. quem in regiam ſuam ducit.
      - 2. cui gratulatur per feſti in tota urbe indictionem.
    - 2. abſentes ſocios, quibus
      - 1. in littore expectantibus.
      - 2. mittit
        - 1. viginti boves.
        - 2. centum 1. ſues. 2 oves & agnos.
        - 3. panem & vinum.
  - 2. privata, convivii inſtructio, cujus apparatus in
    - 1. genere
      - 1. ab adjuncto regali luxu.
      - 2. à ſubjecto loco, in medio regiæ.
    - 2. ſpecie
      - 1. à tapetis purpureis.
      - 2. à vaſis, quorum
        - 1. materia 1. argentum 2. aurum.
        - 2. adjũcta, ſigna cælata, vel
          - 1. Factorum.
          - 2. Perſonarũ.
- 2. Æneæ legatio, cujus
  - 1. Cauſa
    - 1. Impulſiva, Æneæ Philoſtorgia.
    - 2. Adminiſtra, Achates, quem mittit ad naves.
    - 3. Finalis ratione vel
      - 1. Aſcanii, per
        - 1. Diſtributionem, ut
          - 1. certior reddatur.
          - 2. in urbem ducatur.
        - 2. Exclamationẽ, de paterna Æneæ cura.
      - 2. munerum afferendorum,
        - 1. à loco, quòd ſint erepta ruinis Trojæ.
        - 2. ab antiquis poſſeſſoribus,
          - 1. Helena, cujus veſtitus,
            - 1. ſpecies
              - 1. palla, à ſignis aureis.
              - 2. velamen croceum.
            - 2. finis, ornatus.
            - 3. locus, Mycenæ.
            - 4. tempus nuptiarum.
            - 5. efficiens, mater Læda.
          - 2. Ilione, cujus erat
            - 1. ſceptrum tanquam filiæ regiæ natu maximæ.
            - 2. monile baccatum.
            - 3. corona gemmis & auro conſtans.
  - 2. Actus perficitur ab Achate feſtinanter.

At [a] Cytherea novas artes, nova pectore verſat
Conſilia: ut [b] faciem mutatus & ora Cupido
Pro dulci Aſcanio veniat: doniſque [c] furentem
Incendat reginam, atq; [d] oſſibus implicet ignem.
Quippe domum [e] timet ambiguam, Tyrioſque [f] bilingues:
[g] Urit atrox Juno, & ſub noctem [h] cura recurſat.
Ergo his [i] aligerum dictis affatur Amorem:
Nate, [k] meæ vires, mea magna potentia: ſolus,
Nate, Patris ſummi, qui tela [l] Typhoëa temnis:
Ad te [m] confugio, & ſupplex tua numina poſco.
Frater ut Æneas pelago [n] tuus omnia circum
Littora [o] jactetur, odiis Junonis iniquæ,
[p] Nota tibi: & noſtro doluiſti ſæpe dolore.
Nunc Phœniſſa [q] tenet Dido, blandiſq; moratur
Vocibus. Et vereor quò ſe [r] Junonia vertant
Hoſpitia: [ſ] haud tanto ceſſabit cardine rerum.
Quocirca [t] capere antè dolis & cingere [u] flammâ
Reginam [x] meditor: ne [y] quo ſe numine mutet,
Sed magno Æneæ [z] mecum teneatur amore.

Quà

a) Venus, ut ſupra. Eſt autem hic digreſſio, & pulcherrima Poëtæ œconomia, ubi quisque ſuo munere probè fungitur.
b) Synecdoche Grammatica: ut mutato vultu ſub Aſcanii appareat imagine.
c) Incenſam amore faciet furere, Poëticâ figura, δύο διὲν.
d) Medullis inſinuet amorem.
e) Ne ab infeſtæ Junonis odio incitati leves Tyrii res novas moliantur.
f) διγλώσσυσ, fallaces, ſubdolos, infideles, duplicique lingua utentes Carthaginenſes, Tyriorum ſcil. & Afrorum. Vide in Adagiis. Punica fides.
g) Sollicitam facit, ne in ea urbe, ubi ipſa colitur, Æneæ noceatur.
h) Ex odio Junonis nata ſub noctem quotidie redit Nox enim ſolitaria & curarum parens.
i) Cupidinem.
k) Sine amore enim Venus nihil efficere poteſt.
l) τυφώεια, abjecta vocabuli ſubjunctiva, more Dorum. Telis ſuis Juppiter Typhoëum confecit.
m) Cùm poſſit imperare filio, ſupplicat.
n) Pathos mirum habent ad movendum hæc omnia. o) Vis cæſuræ.
p) Notum eſt. Græco more.
q) Hoſpitio excepit, vel exceptum detinet. r) Punica, ideoque ſuſpecta; vel quia Carthago Junoni dicata; vel quòd Juno ſuæ Carthagini timeret. ſ) Non omiſſura eſt hanc occaſionem & rerum opportunitatem, cujus in momento & articulo totius negotii ſui quaſi cardo vertitur.
t) Præoccupare dolosè. u) Igne amoris. x) Cogito; propriè enim dicitur: meditari dolum, technas. y) Ne ad nutum alicujus numinis animum mutet.
z) Quo & ego teneor.

- Hoſpitalitatis Eventus, eſt inſpiratio Amoris, cujus
  - 1. Conſilia ſunt Veneris, quæ Cupidinem vel
    - 1. implorat, ubinot.
      - 1, *Adjuncta conſiliorum novitas,*
      - 2. *Finis, ut Cupido ſeu Amor, Veneris filius*
        - 1. *mutet vultum.*
        - 2. *transformetur in Aſcanium.*
        - 3. *amore incendat reginam.*
      - 3. *Impulſiva,*
        - 1. *Punicæ gentis perfidia.*
        - 2. *Iunonis inimicitia.*
      - 4. *Habitus Cupidinis alatus.*
      - 5. *Forma, cujus*
        - 1. *Exordium captat*
          - 1. *benevolentiam à perſonæ*
            - 1. *præſtantia, à genere.*
            - 2. *potentia, ab effectis.*
          - 2. *attentionem, à rei magnitudine, ob quā mater ſupplex implorat filium.*
        - 2. *Narratio habet Æneæ*
          - 1. *jactationem per Pathopœiam*
            - 1. *à fraterna neceſſitudine.*
            - 2. *à Iunonis amaritudine.*
            - 3. *ab ipſius Cupidinis mæſtitudine.*
          - 2. *periclitationem*
            - 1. *à Didonis blanditiis.*
            - 2. *à Iunonis hoſpitiis.*
            - 3. *ab opportunis indiciis.*
        - 3. *Propoſitio: ego cogito Reginam Didonem*
          - 1. *dolis circumvenire*
          - 2. *flamma amoris irretire.*
        - 4. *Confirmatio, à fine per*
          - 1. *antitheſin, ne mutetur benevolentia Didonis.*
          - 2. *theſin, ſed ut Æneæ capiatur amore.*
    - 2. informat. *vid. ſeq.*
  - 2. Actus, *ſeu executio.* } *vid. ſeqq.*
  - 3. Effectus, *convivii lætitia.* } *vid. ſeqq.*

[a] Quà facere id poſſis, noſtram nunc accipe mẽtem.

*Regius, [b] accitu cari genitoris, ad urbem*
*[c] Sidoniam puer ire parat,* (mea [d] maxima cura)
*Dona ferens pelago [e] & flammis reſtantia Trojæ.*
*Hunc ego ſopitum ſomno, ſuper alta [f] Cythera,*
*Aut ſuper [g] Idalium ſacratâ ſede recondam:*
*Ne [h] quà ſcire dolos, [i] mediusve occurrere poſſit.*
*Tu faciem illius, noctem [k] non amplius unam,*
*[l] Falle dolo, & notos pueri [m] puer indue vultûs:*
*Ut quum te gremio [n] accipiet lætiſſima Dido,*
*Regales inter menſas, [o] laticemq; Lyæum:*
*Quum dabit amplexûs, atq; oſcula dulcia figet,*
*Occultum inſpires [p] ignem, fallasq; veneno.*
*Paret Amor dictis caræ genitricis: & alas*
*[q] Exſuit, & greſſu gaudens [r] incedit Iuli.*
*At Venus Aſcanio placidam per membra quietem*
*[ſ] Irrigat: & [t] fotum gremio dea tollit in altos*
*Idaliæ lucos, ubi mollis [u] amaracus illum*
*Floribus & dulci aſpirans complectitur [x] umbrâ.*

**Iamq;**

a) Qua ratione & modo.
b) Accerſitu. Utitur autem Cicero utroque.
c) Carthaginem, à Sidoniis ſeu Tyriis conditam.
d) Spes nepotum, quibus debetur imperium Italiæ, Romæ, totius orbis.
e) Hyſteron proteron; nam incendium Trojæ prius fuerat naufragio.
f) Sic lib. 10. Eſt Paphos, Idaliumque tibi, ſunt alta Cithera.
g) Montem Cypri.
h) Ne aliqua ratione Aſcanius præſentire dolos poſſit.
i) Interventu moleſtus, importunus, intempeſtivus.
k) Breve tantum tempus petit.
l) Fallendo aſſume, doloſè ſimula, falsò repræſenta; teque illi aſſimila.
m) Polyptoton.
n) Fovebit, excipiet.
o) Ubi vino incaluerit; nam ſine Cerere & Libero friget Venus.
p) Periphraſis amoris metaphorica.
q) Deponit.
r) Lætus & hilaris cum Achate, quaſi Aſcanius eſſet.
ſ) Phyſicè. Irrigato ſcil. à fumo & vaporibus cerebro, quibus reſolutis obſtruuntur nervi & meatus Senſorii, impediturque ſpirituum animalium fluxus.
t) Exceptum, ſublatum.
u) Herba mollis in Cypro laudatiſſima quæ & Sampſuchus, vulgo majorana vocatur; ex qua conficitur amaracinum unguentum.
x) In qua profundiùs & arctiùs dormitur.

*Veneris informatio conſtat*

- 1. *Forma, cujus*
  - 1. *Propoſitio: percipe modum & rationem, quâ fieri poſſit.*
  - 2. *Confirmatio, à facili, ob*
    - 1. *Occaſionem præſentem, Aſcanii accelerationem*
      - 1. *ab impulſiva, accitu parentis.*
      - 2. *à ſubjecto termino, ad urbem.*
      - 3. *ab affectu, ſua inde concepta pro Aſcanio ſollicitudine.*
      - 4. *ab adjunctis donis, quæ ferebat reſtantia*
        - 1. *pelago.*
        - 2. *Trojæ incendio.*
    - 2. *Collationem operarum*
      - 1. *Veneris, cujus*
        - 1. *modus eſt, Aſcanium*
          - 1. *ſopire ſomno in monte Cythera.*
          - 2. *recondere in Idalio.*
        - 2. *finis, ne*
          - 1. *reſciat dolos.*
          - 2. *interveniat negotio.*
      - 2. *Cupidinis, ſimulationē, cujus*
        - 1 *tempus, unius noctis.*
        - 2. *modus per expolitionem Aſcanii*
          - 1. *fallere faciem.*
          - 2. *induere vultum.*
        - 3 *locus, in gremio Didonis.*
        - 4. *occaſio,*
          - 1. *in luxu medio.*
          - 2. *inter amplexus & oſcula.*
        - 5. *finis, ut amoris*
          - 1. *inſpiret ignem.*
          - 2. *fallat veneno.*
- 2 *Effecto*
  - 1. *Cupidinis morigeratione*
    - 1. *ab impulſiva, matris amore.*
    - 2. *ab habitu, alis depoſitis.*
    - 3. *ab inceſſu Iuli ſimili.*
  - 2. *Veneris executione, qua Aſcanium*
    - 1. *ſopit ſomno.*
    - 2. *fovet gremio.*
    - 3. *tollit in lucos Idalios,*
      - 1. *ab odoriferis floribus*
      - 2. *à dulci umbra.*

Jamq́; [a] ibat dicto parens, & dona Cupido
Regia [b] portabat Tyriis, duce lætus Achate.
Quum venit, [c] aulæis jam ſe regina ſuperbis
[d] Aurea compoſuit ſpondâ, [e] mediamq́; locavit.
Jam [f] pater Æneas & jam Trojana juventus
Conveniunt: [g] ſtratoq́; ſuper diſcumbitur oſtro.
[h] Dant manib9 famuli [i] lymphas: [k] Cereremq́; cani-
Expediunt, tonſiſq́; ferunt mantalia villis. (ſtris
Quinquaginta intus famulæ, quibus ordine longo
Cura penum [l] ſtruere, & flammis [m] adolere penates.
[n] Centum aliæ, totidemq́; pares ætate miniſtri,
Qui dapibus menſas onerent, & [o] pocula ponant.
Nec non & Tyrii per limina [p] læta frequentes
Convenêre: toris juſſi diſcumbere pictis.
Mirantur dona Æneæ, mirantur [q] Julum,
[r] Flagranteſq́; Dei vultûs, ſimulataq́; verba
Pallamq́; & pictum croceo velamen acantho.
Præcipuè infelix, [s] peſti devota futuræ,
Expleri mentem nequit, [t] ardeſcitq́; tuendo.
[u] Phœniſſa, & puero pariter donisq́ movetur.
[x] Ille ubi complexu Æneæ colloq́ pependit,
Et magnum falſi [y] implevit genitoris amorem,
Reginam [z] petit. Hæc oculis, hæc pectore toto
[a] Hæret: & interdum gremio fovet, inſcia Dido,
Inſideat [b] quantus miſeræ Deus! At memor ille
[c] Matris Acidaliæ, paulatim abolere [d] Sichæum
Incipit, & [e] vivo tentat [f] prævertere amore
Iam pridem [g] reſides animos, deſuetaq́ corda.

a) Prodibat obſequens matri Carthaginem verſùs. b) Portanda curabat. c) Quæ vel parietibus appenſa, vel ſub cameris extenſa. d) Vel ipſa aurea, inſignis cultu, veſtibus auratis ornata; vel per Synæreſin aurea ſponda. e) In medio diſcumbentium ſedili, toro, lecto, diſcubitorii & triclinii ratione, honeſtiſſimo apud Numidas. f) Non tam Aſcanii naturâ, quàm Teucrûm cura, teſte Ilioneo. g) Lectis purpura ſtratis. h) Vetus diſcumbendi mos: primò diſcumbebant, deinde lavabant manus, poſtremò menſas ſternendas curabant. i) Aquas. k) Panem. Metonym. l) Unde ſtructores, qui fercula componunt. m) Colere, honorare, augere, lætos facere, libaminum nidore, & thuris odore ſuffire. n) Ad regiam magnificentiam facit hic numerus definitus. o) Necdum repleta. p) Lætitiam præ ſe ferentia. q) Cupidinem, quem putabant Julum. r) Amorem conciliantes, reſplendentes. s) Pernicioſo & exitiali amori. t) Inceditur amore, concipit amoris flammas. u) Eliſa vel Dido ex Phœnicia, Phœnicum Regis filia. x) Cupido. y) Sic & ait Cicero: explevit deſiderii expectationem. z) Aptiſſimo verbo uſus eſt; petit nimirum vel aggreditur inſidiis, capturus ut Cupido, oſculaturus ut puer. a) Graviſſima Metaph. hæret oculis & pectore toto in contemplando Ænea & falſo Aſcanio. b) Paucis verbis ingens pondus. c) Mandati ſibi negotii à matre Acidalia, dicta ab Acidalio fonte Bœotiæ Veneri & Gratiis ſacro. d) Amorem in Sichæum. Metonym. e) Vivi hominis, & pulchri; vel redivivo, vivido, acri, vehementi. f) Præoccupare, Junonem præveniendo. g) Inertes ad amandum.

Poſt-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356827-p0068-5

**Actus inſpirati amoris conſtat Cupidinis**

- 1. Obſequioſo proceſſu,
  - 1. à ſine, ut ferat dona Tyriis.
  - 2. ab adjuncto, comite Achate.
- 2. Opportuno acceſſu, in diſcubitu
  - 1. principali
    - 1. Didonis, à
      - 1. magnificentia, 1. aulæi ſuperbi. 2. aureæ ſpondæ.
      - 2. à ſitu, in medio conſidentis.
    - 2. Æneæ
      - 1. ab adjuncta Trojana juventute.
      - 2. à ſubjecto, oſtro ſtrato.
      - 3. ab adminiſtris
        - 1. ſervis, quorum alii
          - 1. lavandis manibus aquas dant.
          - 2. panem promunt.
          - 3. mantilia ferunt.
        - 2. ancillis,
          - 1. à numero quinquagenario.
          - 2. ab officio,
            - 1. penum ſtruere.
            - 2. ſuffitum facere.
        - 3. famulis utriuſq; ſexus
          - 1. à numero centenario.
          - 2. ab officio apponendi
            - 1. eſculenta.
            - 2. poculenta.
  - 2. minus principali Tyriorum
    - 1. ab adjunctæ frequentia.
    - 2. à ſubjectis toris pictis.
- 3. Optato ſucceſſu,
  - 1. admiratione
    - 1. omnium, ab objectis
      - 1. Æneæ donis.
      - 2. Iuli ſimulati 1. vultu. 2. verbis.
      - 3. Palla, & velamine croceo.
    - 2. Didonis,
      - 1. ab exitioſa prædeſtinatione.
      - 2. ab inſatiabili ſpectandi deſiderio.
      - 3. ab objectis, puero & donis.
  - 2. inſinuatione ſui in
    - 1. Æneam, quem ſimulatè 1. complectitur. 2. amat.
    - 2. Didonem,
      - 1. ab occaſione, dum falſum Aſcanium
        - 1. intuetur.
        - 2. gremio fovet.
      - 2. ab adjuncta ignorantia Dei inſidentis.
      - 3. ab impulſiva, memoria præcepti materni.
      - 4. ab effectis oppoſitis
        - 1. Sichæus abolетur.
        - 2. Æneas inſtillatur.
      - 5. à ſubjecto, animo reſide, deſueto corde.

*Poſtquam [a] prima quies epulis, [b] menſæq; remotæ,*
*[c] Crateras magnos ſtatuunt, & vina [d] coronant.*
*Fit [e] ſtrepitus tectis, vocemque per ampla volutant*
*Atria: dependent [f] lychni [g] laquearibus [h] aureis*
*Incenſi: & noctem flammis [i] funalia vincunt.*
*Hîc regina gravem gemmis auroq; popoſcit,*
*Implevitque mero pateram, quam [k] Belus & omnes*
*A Belo [l] ſoliti. Tum facta ſilentia tectis.*
*[m] Iuppiter (hoſpitibus nam te dare jura loquuntur)*
*Hunc [n] lætum Tyriisq; diem Trojaq; profectis*
*Eſſe velis, noſtrosque hujus meminiſſe [o] minores.*
*Adſis lætitiæ [p] Bacchus dator, & bona Iuno:*
*Et vos ô cœtum Tyrii celebrate [q] faventes.*
*Dixit, & in menſâ [r] laticum [ſ] libavit honorem:*
*Primaq; libato, [t] ſummo tenus attigit ore.*
*Tum [u] Bitiæ dedit [x] increpitans:* ille impiger hauſit
[y] Spumantem pateram, & pleno ſe proluit [z] auro:
*Poſt alii proceres.*

*Citha-*

a) Inter primam & ſecundam mẽſam vacat libationibus, hilaritati, Muſicæ.
b) Fercula prioris menſæ.
c) Majora pocula, calices majores.
d) Pocula ad marginem usque, ſeu ſummum labrum implent; vel corolla florea ſertoque cingunt.
e) Omnium ſermone & lætitia.
f) Lucernæ penſiles.
g) A primitivo Lacus veniunt Lacuna, Lacunar, Laquear.
h) Craſis.
i) Faces ex funibus ceratis.
k) Didonis pater, Methres. Nam Belus appellativum eſt, ſignificans regem, qui alias Baal.
l) Implere.
m) Xenius, Hoſpitalitatis Deus.
n) Proſperum felicem.
o) Poſteros. Alludit ad fœdus ictũ Carthaginenſium cum Romanis.
p) Antiptoſis.
q) Linguisque animisque favete.
r) Vinum, principatum inter latices obtinens.
ſ) Obtulit & dicavit.
t) Verecundiam Reginæ notat: ore leviter tetigit.
u) Sacerdoti, vel procerum primo.
x) Moram ſcilicet. Cum clamore monens, ut acciperet.
y) Plenam. z) Vino, ex aurea patera.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356827-p0070-6

Convivii lætitia perficitur

- 1. Factis,
  - 1. *ab adjuncto tempore, poſtquam prima*
    - 1. *quies epularum facta.*
    - 2. *menſa remota.*
  - 2. *per diſtributionem magnifici luxus vel*
    - 1. *minus principalis & indefiniti*
      - 1. *Crateres magni*
        - 1 *apponuntur.*
        - 2 *coronantur.*
      - 2. *Strepitus fit per tecta.*
      - 3. *Iubila audiuntur per atria.*
      - 4. *Lucernæ*
        - 1. *pendent laquearibus aureis.*
        - 2. *incenſæ vincunt tenebras.*
    - 2. *Principalis & definiti*
      - 1. Didonis, *quæ*
        - 1. *poſtulat pateram*
          - 1. *à quantitate & materia.*
          - 2. *ab adjuncto vino.*
          - 3. *ab uſus vetuſtate, & dignitate.*
        - 2. *imperat ſilentium per tecta.*
        - 3. *invocat*
          - 1. *Iovem,*
            - 1. *ab impulſiva, quia eſt hoſpitii præſes.*
            - 2. *à fine, ut conferat*
              - 1. *lætum diem.*
                - 1. *Tyriis.*
                - 2. *Trojanis.*
              - 2. *memoriam poſterorum.*
          - 2. *Bacchum & Iunonem.*
        - 4. *jubet Tyrios favere Trojanis.*
        - 5. *libat vinum.*
        - 6. *deguſtat primoribus labris.*
        - 7. *porrigit Bitiæ cum exhortatione.*
      - 2. Bitiæ, *qui pateram*
        - 1. *impiger exhaurit.*
        - 2. *exhauſtam in faciem vertit.*
      - 3. Procerum *aliorum qui ſecuti Bitiam idem fecerunt.*
- 2. Dictis. *vid. ſeq.*

Citharâ [a] crinitus [b] Iopas
Perſonat auratâ, [c] docuit quæ maximus Atlas.
Hic canit [d] errantem Lunam, Soliſq; labores:
[e] Unde hominum genus, & pecudes: unde imber, & ignes:
Arcturũ, pluviaſq; Hyadas, [f] geminoſq; Triones:
Quid tantum [g] Oceano properent ſe tingere [h] Soles
Hyberni, vel quæ tardis mora noctibus obſtet.
*Ingeminant plauſum Tyrii, Troesq; ſequuntur.*
*Nec non & vario noctem ſermone trahebat*
*Infelix Dido:* [i] *longumq;* [k] *bibebat amorem,*
*Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa:*
*Nunc quibus* [m] *Auroræ veniſſet filius armis:*
*Nunc, quales* [n] *Diomedis equi: nunc* [o] *quantus Achilles.*
*Immò age, &* [p] *à prima dic, hoſpes, origine nobis*
[q] *Inſidias (inquit) Danaûm, caſûsq; tuorum,*
[r] *Erroresq; tuos. Nam te jam* [ſ] *ſeptima portat*
*Omnibus errantem terris & fluctibus* [t] *æſtas.*

a) Ex more Citharœdorum, qui Apollinem Præſidem ſuum crinitum æmulabantur.
b) *A*frorum rex, unus è Didonis procis habitus.
c) Edoctus ab *A*tlante ſummo philoſopho & Aſtronomiæ peritiſſimo, carmen canebat Phyſicum.
d) Lunæ & Solis curſum & deliquia.
e) Originem ducentium, ſi fabulæ reſpiciatur Promethei Deucalionis & Pyrrhæ.
f) *Arctos*, majorem & minorem urſam.
g) Oceano mergi videntur ſidera.
h) Dies, per Metonymiam efficiẽtis. Quanquam enim unicus eſt Sol, plures tamen dixit Soles, quòd Sol quotidie oriatur.
i) Magnum, tractim, ſenſim, altè fixum, & donec ipſa viveret duraturum.
k) Dido amorem, reliqui vinum bibebant. Sic Venus in vinis, ignis in igne furit.
l) *A*nadiploſis.
m) Memnon rex Orientalium, quem Tithonus frater Laomedontis ex Aurora ſuſtulit.
n) Quos Diomedes rapuit; vel qui Diomedis Thraciæ regis fuerunt, unde genus ducebant, quos Rhœſus ad Trojam duxit.
o) Quàm ſtrenuus & bellicoſus.
p) A raptu Helenæ quidam volunt hic originem peti; verùm decennali bello, cum virtus nihil proficeret, ventum erat ad inſidias à parte Græcorum, per proditionem, Palladii ſurreptionem, equi duratei ſubſtitutionem.
q) Argumentum ſecundi libri.
r) *A*rgumentum tertii libri.
ſ) Septimus annus inchoatus, ut ex fine V. libri patet.
t) Synecdoche, i. e. ſeptimus annus.

Ju-

- Dicta conſtant voce vel
  - 1. Harmonica, cujus cauſa
    - 1. Efficiens Jopas citharœdus.
    - 2. Inſtrumentalis Cithara aurata.
    - 3. Materialis, cujus præſtantia illuſtratur
      - 1. in genere, ab authore Atlante, qui docuit Iopem.
      - 2. in ſpecie per congeriem, de
        - 1. Lunæ motu & curſu vario, ſecundum latitudinem & altitudinem.
        - 2. Solis deliquiis, aſcenſu & deſcenſu.
        - 3. Origine
          - 1. hominum.
          - 2 pecudum.
        - 4. Cauſa
          - 1. imbrium.
          - 2. fulgurum.
        - 5. Stellis borealibus
          - 1. Arcturo.
          - 2. Hyadibus.
          - 3. Trionibus.
        - 6. Hyemalium
          - 1. dierum brevitate.
          - 2. noctium tarditate.
  - 2. ſimplici & nativa vel
    - 1. effuſa, plauſu
      - 1. Tyriorum.
      - 2. Trojanorum.
    - 2. ſedata, Didonis colloquio,
      - 1. ab adjuncta
        - 1 ſermonis varietate.
        - 2. amoris concepti infelicitate.
      - 2. à ſubjectis, per diſtributionẽ,
        - 1. quærit multa de
          - 1. Priamo.
          - 2. Hectore.
          - 3. Memnone.
          - 4. Diomede.
          - 5. Achille.
        - 2. petit ſibi narrari
          - 1. bellum Trojanorum ab origine.
          - 2 inſidias Græcorum.
          - 3. caſus Trojanorum.
          - 4. Errores Æneæ per Pathos
            - 1. ab adjũcto tempore ſeptennii.
            - 2 à ſubjectis, terra mariq́.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356827-p0073-2

# Julius Scaliger

*Lib. 3. de Re Poët. cap. 27.*

*Cùm ſemper Poëta noſter ſublimi ſit ſpiritu, & generoſa oratione: nusquam tamen eſt ſui ſimilis. Librorum quidem omnes exitus Tragici ſunt, præter primum. Tam diverſa tamen rerum compoſitione, ut in animis ingeniisque divinis mirificam excitet admirationem, tanta tamque diverſa varietas eſt. In ſecundo Creuſa eripitur, ut inter Deas ſit. In tertio, obit vulgari morte Anchiſes. In quarto, ſeipſam Dido interficit. In quinto, Palinurus in mare deturbatur. In ſexto, Marcello; tanquam mortuo, canit epicedium. In ſeptimo, eorum catalogus, qui ad interitum eunt. In octavo, ad clypei picturam, multas mortes, Cleopatræ exitium, & gentes victas. In nono, Trojanorum ſtragem in ſuis caſtris. In decimo, Mezentius ab Ænea interficitur. In undecimo, delentur Volſcorum acies, ubi Camillæ mors. In duodecimo, Turnus ab Ænea morte afficitur.*

# FINIS.

71 B 1/4,8

ULB Halle 3
005 129 184

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356827-p0075-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356827-p0076-9

1

# ANALYSIS
Primi Æneidos,
# FRAGIUM
# ÆNEÆ

LITATE, ÆOLI TEMERITATE,
creatum,
TUNI BENEFICIO
ſedatum,
RCEDENTE, JOVE ANNUENTE,
ONIS HOSPITIO
levatum:
OTIS & TABULIS
delineans.

*Opera*
*HI SEIZII, p. t. Rect. Gymnaſii*
*Patrii Svevo-Halenſis.*

HALÆ SUEVORUM,
is, excud. typis Johan-Reinhardus Laidig,
Eræ Chriſtianæ MDCLVI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356827-p0077-5